**S***I foret in silvis per devia rura vagatus*,
*Nec caveâ viridis clausa fuisset avis;*
*Non*, *regum conviva dapes, non ore falernum*
*Gustet*, *& aurato non recubet thalamo:*
*Nec lepidos daret ore sonos*, *nec amabile murmur*,
*Nec domino posset dicere*, *Cęsar ave.*
*Fraena det ingenio*, *juvenilibus imperet annis*
*Optati ingreditur quisquis honoris iter.*

## *Poeur, grand inventeur.*

**S**I i'eusse mon plaisir suiuy au verd bocage,
Ma langue n'eut iamais parlé humain langage,
Me voila bien appris par supporter tourment;
Sans estre assoubiecty nul ne devient sçavant.

## Qvae nocent, docent.
## XIII.

**N***Vllus equus rectè sessori paret, nisi arte domitus*; *nullum ingenium non ferox*, *nisi probâ educatione*, *& pręceptis cicuretur. Qui assiduè in rebus prosperis ac laetis versati sunt*, *eos vix sapere prudentiores censent*; *quos vero sors adversa aliquoties exercuit, magis ad prudentiam ac cautionẽ compositi putantur. Nec immeritò; vt enim aspectus à circumfuso aëre lumen accipit*, *sic animus ab imminentibus calamitatibus. Cum Romanis*, *inquit Hannibal, bonis malisque meis bellare didici. Mihi*, *clamat Mithridates*, *Fortuna*, *multis rebus ereptis*, *vsum dedit benè suadendi. Ad omnia necessitas naturam instruit, illa simias decorè saltare*, *elephantes doctè digladiari*, *picas ac psittacos distinctè loqui docet. Quid multa? res dura bestias ad actiones humanas, homines ad divinas erigit.*

**G**Een peert en voucht hem wel onder den man, ten sy al vooren door const afgericht. Alle verstandẽ hebben als een wildicheyt, indiense door geode onderwijsinge niet getemt en werden. Veel cloucke meynen datter niemandt recht clouck en can zijn, diet altijdt wel gaet. Met schade en schande wertmen wijs, seyt ons spreeck-woort: tegẽspoet maect gheoeffende sinnen, want gelijck de ooghe haer licht schept uyt de omswevende lucht, soo treckt den geest des menschen de dapperheydt uyt voorvallende swaricheden. De noot is een cunst-vinder, door hulpe vande selve leeren de bavianen danssen, de elephanten schermen, de exters clappen, om cort te maken, dwanck en goede bestieringe verheft beesten tot menschelicke werckingen, menschen tot Goddelijcke oeffeningen.

*Door vallen en weer op te staen*,
*Leert menich man te Roomen gaen.*

Hort. in Art. Poët.

**Q***Vi studet optatam cursu contingere metam*
*Multa tulit fecitque puer sudauit*, *& alsit*,
*Abstinuit Venere & Baccho. Qui pythia cantat*
*Tibicen didicit prius extimuitque magistrum.*

Bernhar. Epist. 113.

**O** *quàm compositum reddit omnem corporis statum*, *nec non & mentis habitum disciplina. Cervicem submittit*, *ponit supercilia*, *componit vultum*, *ligat oculos*, *cachinnos cohibet*, *moderatur linguam*, *fraenat gulam*, *sedat iram*, *format incessum.*

## *Als ick spring, soo vvaechtet al.*

**D**Ie in zijn boesem heeft, al wat hy heeft, begrepen;
Geẽ storm bestormt zijn hart, geẽ zee maect hem benepen:
Al reyst hy buytens slants, met onweer en ghedruys,
Hy draeyt niet eens sijn oog na sijn verlaten huys:
Hoe wel den nacht-dieff poocht sijn huys-muer te doorgraven,
En of den moorder schoon int bosch hem na coomt draven,
Hy blijft, hoet hem oock gaet, goets moets en onbevreest:
Geen dief berooft den mensch wiens schat leyt in den geest.

## Omnia mea mecum.

**O***Mnia qui secum portat sua, non vada salso*
*Horreat in fluctu, non freta vasta tremat:*
*Non tristi miser ore domos, molesque relictas*
*Respiciat, parvâ dum rate vectus abit:*
*Jngruat ense latro, grassentur ad ostia fures,*
*Aut canit, aut placido membra sopore levat.*
*O secura quies! ô paupertatis amicae*
*Commoda! fęlices qui tua dona colunt.*

## *Seurement va, qui rien n'a.*

**T**Out ce que m'appertient tousiours chez moy ie porte,
O joye, & ô bonheur de non vulgaire sorte!
Ce que le monde fuit, c'est ma foelicité?
O quel plaisir comprend vn' docte pauvreté.

## Omnia mea mecvm.
## XIIII.

**M***Iles non timet*, *inquit Lampridius*, *nisi vestitus*, *calceatus*, *armatus*, *& habens aliquid in Zonulâ*; *contrà*

Cant abit vacuus coram latrone viator.

*Sollicitum reddunt hominem divitiae, non aliâ de causâ*, *quam quod eripi*, *& ab eo auferri possunt. Separabile vtique sluxumq*;, *ac mobilè est*; *quidquid externum est. Opes alijs donari*, *honores in alios transferri*, *nobilitas ad haeredes transmitti potest*; *Virtut verò ac doctrinam affixam adeò & infixam homini scimus*, *vt ab eo nullo modo avelli aut separari possit. Statuamus ergo*, *cum sapientibus*, *omne id quod aut datum nobis*, *aut in nos translatum*, *aut ad nos transmissum est*, *proprium nobis ac verum bonum non esse. Dicamusque cum Cicer. contentũ rebus suis esse*, *certissimas esse divitias. Etenim si isti callidi rerũ aestimatores prata ac areas quasdam magni aestimant*, *quod ei generi possesionum minimè quasi noceri possit: Quanti est aestimanda virtus*, *quae nec eripi*, *nec surripi potest*, *neque naufragio*, *neq*; *incendio amittitur*, *nec tempestatũ, nec temporis permutatione mutatur? quâ praediti qui sunt*, *soli sunt divites*; *soli enĩ possidẽt res & fructuosas*, *& sempiternas.*

**D**En lans knecht en vreest niet dan als hy wel ghedost is, seyt Lampridius; en in teghendeel van dien, ghelijck den Poëet seyt,

*Die cruys noch munt heeft in sijn tas*,
*Past op de stroopers niet een bras:*
*Want hy*, *wiens teir-gelt is een Niet*,
*Betaelt den roover met een liet.*

Den rijckdom maeckt den mensch bevreest, uyt gheen andere redenen, dan overmidts de selve hem can afgenomen werden. Al wat van ons afghesondert en verscheyden is, wert haest en licht verganckelic. adel wert de nacomelingen na-gelaten. Rijckdom can andere ghegeven werden: eere verwandelt op ander by opghedracht. Maer deucht en wetenschap zijn aenden mensche soo vast gehecht, datse van hem in gheenderley manieren en zijn af-te-sonderen. Laet ons dan met de verstandige, besluyten, dat alles wat ons off ghegeven, off op-gedragen, ofte wel na gelaten can werden, ons eyghen ende ware goet niet en sy: laet ons trachten soodanigen goet na te jagen, dat uyt brant en schip-breucke met ons can ontvluchten.

Laërt.

**M***Onebat Anthistenes ea paranda bona quae cum naufragio enatent.*

Sen. de Tranq.

**A***Vt ego fallor*, *aut regnum est inter avaros*, *circumscriptores*, *latrones*, *plagiaros*, *vnum esse cui noceri*, *cui eripi nihil possit. Habiliora sunt corpora pusilla quae in arma sua contrahi possunt*, *quam quae superfunduntur*, *& vndique magnitudo sua vulneribus objecit.*

## *Liefde is leeu.*

**W**ATs dit, weet-gierich hart? u eertijts lieve boecken
Staen nu, verrot, vermot, bestoven inde hoecken,
V leer-sucht heeft ghedaen, ghy drinckt niet meer den stroom
Van Castalis de beeck, maer legt als in een droom:
Ick sie nu watter schort, Murena ginck door-gronden
De diepten vande zee; nu leyt hy als ghebonden
Ghetroffen vande son. Die liefdes strael verbrant
Wijst boecken, les, en school, zijn ouden lust, van cant.

## Colit otia saucius igni.

**M***Agne natator vbi es? tu regna per invia ponti,*
*Perque sinus vitrei marmoris ire soles:*
*Nosse labor fuerat Delphinas, & horrida Cete,*
*Quidquid & in vasto gurgite Doris alit:*
*Nunc sine mente iaces, nunc pectora sole perustus*
*Non potes a radijs solis abire domum.*
*Si quis amore calet, consueta negotia cessant;*
*Cedit acidalię Castalis vnda faci.*

## *d'Amour captif, devient oisif.*

**M**Oy, qui soulois souvent passer la mer a nage,
Ne fays rien maintenant, qu' a mon soleil homage.
L'amour est vn tyran*;* il veut le coeur entier,
Par là tout amoureux, oublie son mestier.

## Colit otia savcivs igni.
## XV.

**S***Apientes etiam de Amore loquuntur*, *scribunt*, *judicant. Neque spes*, *neque cura (ait Xenephon) reperiri alia jucundior facilè potest*, *quam amoris occupatio*, *nec invenire supplicium gravius in proclivi est*, *quam*, *si rerum expediendarum curâ quis ab amoribus suis arceatur. Ita me Deus amet! eos qui oestro hoc perciti sunt Loton gustasse dixeris*, *ita amoribus suis*, *tanquam scopulis Sirenum affixi, Spartam*, *quam nacti*, *pror sus deserunt. Protinus vt in gremio Dalidae quiescit Samson*, *feriantur Philistaei*: *ut Iudithae blanditur Holophernes*, *non oppugnatur Betulia. Dum Thamarae insidiatur Ammon*, *in lectulo est. Tarquinius*, *vt Lucretiâ potiatur*, *castris excedit*, *Antonius vt Cleopatram salutet; tribunal deserit. Graphicè omnia in Didone expressit Virgilius*,

.... Qualis conjecta cerva sagitta,
Quam procul incautã nemora inter cressia sixit
Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum
Nescius; illa fuga silvas saltusque pererrat
Dictaeos, haeret lateri laethalis arundo.

*Quid plura? cui amore calet pectus, frigent caetera.*

**D**Aer en is (seydt Xenephon) niet cortwyliger, als liefdes soete besicheydt; niet quelliker, als door eenighe voorvallende saken inde vermakelijckheydt zijnder liefde belet te werden. D'ervarentheyt leertet, soo haest yemant van dese wespe gesteken is, dat hy dadelijck alle saken achter rugghe stelt, selfs daer hy te voren seer toe gheneghen was.

*Dido*, *mette min bevaen*,
*Denckt niet als om spelen gaen*;
*Wandelt daerom hier en daer*,
*End' en neemt voortaen niet waer*
*Al de nieu-begonnen wercken*,
*Daers' haer stadt mee wil verstercken.*

Soo haest Samson het hooft nederleyt inde schoot van sijn Dalida, soo ist lavey by de Philistinen. Ter wylen Holophernes Iudith lieve-coost, wert Betulia niet bestormt. Gheduerende dat Ammon op Thamar loert, leydt hy in sijn bedde. Tarquinius verlaet den leger om Lucretia: Antonius den rechter-stoel om Cleopatra. Waer toe veel woorden? die in liefde verhit, vercout in alle andere saken.

Virgil.

**V***Ritur infoelix Dido totâque vagatur*
*Vrbe furens*, *&c.*

Idem.

**N***On ceptae assurgunt turres*, *non arma juventus*
*Exercet*, *portusque aut propugnacula bello*
*Tuta parant*: *pendent opera interrupta*, *minaeque*
*Murorum ingentes aequataque moenia coelo.*

## *Eens ghebrant, haest ghevlamt.*

**H**Oe licht ontsteeckt een licht dat lichter lay' eens brande!
Die eens was licht van aert, hoe licht raect die in schande
Een doove cool ontfonckt, soo haest sy 't vier maer rijckt,
Den tintel wert tot vier, door 't geen nau vier ghelijckt.
Die eenich sijn ghebreck eerst onlangs is ontweken,
Hoe haest vervalt dien mensch weer tot sijn oude streken*!*
De sonde dient vermijt; en al wat daer op treckt,
Of, van een cleyne vonck, wert weer een vlam verweckt.

## De facili natura recurrit.

**A***Vsa vapore levi tremulis alludere flammis*
*Fax extincta, novo protinus igne calet:*
*Pierijs fomes sua lumina reddit alumnis*,
*Vix bene scintillam cum dedit icta silex.*
*Jn veterem flecti quàm cerea corda figuram!*
*Crimen in antiquum pectora sponte fluunt*:
*Dum veteris scintilla mali modo parva supersit*,
*Semper ad ingenium mens malesana redit.*

## *En vertu nouice, rechet bien tost en vice.*

**S**I tu viens de chasser le vice de ton ame,
O ne t'approche pas a ta vieille flame;
Car, bien que t'estre esteint te semble ce flambeau,
En l'appochant du feu, il brusle de nouveau.

## De facili natvra recvrrit.
## XVI.

**L***Egem olim ab Atheniensibus latam fuisse in nautas, qui Athenis Salaminam transmitterent, memoriae proditum est. Eâ cautum erat, vt ei, qui semel infoeliciter navigasset, tanquam naufragio infami, navigatio in posterum interdiceretur. Et quidem ejus Plebesciti ratio inter alias, haec dari, solet: Homines quam facillimè in cundem impingere lapidem, ac in antiquum redire: cum plerumque, ex regulâ iuris, qui semel malus, semper praesumatur malus in eodem genere delicti. Id ob vnicum lapsum Atheniensibus si ita visum decernere; quid de ijs tandem statuendum erit, qui crebrâ vitiorum repetitione consuetudinem peccandi contraxisse, & peccata in naturam transtulisse videri possunt? tales (tametsi aliquandò per intervalla melioris frugis spem de sese praebere videantur) non levi de causâ in bonorũ numerum transscribendos censent oculatiores. Remanet plerumque concussio aliqua, etiam post febrim. Mare post tempestatem etiã dum agitatur. qui diu in vinclis fuerunt, etiã soluti claudicant. Vitijs diu assueti, etiam cum ea deserunt, quaedam retinent vestigia, ac in eadem facilè recidunt.*

**D**aer zijn voormaels in Griecken-lant sekere keuren geweest, over de Veer-schepen tusschen Athenen en Salamijne, mede brenghende dat alle schippers, die eenmael bevonden wierden hun schip omgheseylt te hebben, dadelijck souden vervallen zijn uyt het Schippers gilde, ende de vryheden van dien. Inghevalle de Atheniensers een eenighe misgrepe soo hooghe hebben op-ghenomen, wat sullen wy ghevoelen vande ghene, die door menichfuldighe feylen, als een ghewoonte van quaet doen hebben aenghenomen? Voorwaer schoon de sulcke by horten somwylen eenighe teykenen van beterschap schijnen te thoonen, soo en machmen op de selve evenwel niet staen. De Zee oock dan als den storm al ophoudt, blijft evenwel swalpende, en dijnende. Men ghevoelt noch al wat huyveringe naer de cortse. Die langhe in banden gheseten hebben, hincken veel-tijts oock los ghelaten zijnde. Menschen die eenighe slimme ghebreken eens hebben aenghehanghen, schoon sy haer oude rancken verlaten, selden isset datse niet eenige overblyfsels daer van en behouden, waer door sy lichtelick tot haer voorighe patten comen te vervallen.

*Een beest met cunste tam gemaeckt,*
*En dient niet al te veel geraeckt;*
*Want schoon het nu al duyct, en swijgt,*
*Wanneer't sijn oude parten crijgt*
*Soo isset weer al even fel,*
*En quetst sijn eyghen meester wel.*
*Die goet van quaet wort metter vaert,*
*Vervalt licht tot sijn ouden aert.*

Iuvenal. Satyr. 13.

*.... Ad mores natura recurret*
*Damnatos, fixa & mutari nescia.*

Paul. in L. si vnus vers. Pactus ff. de Pact.

*Res de facili redit ad suam naturam.*

## *Die noten vvil smaeken, die moetse kraken.*

**H**Et aes lacht u wel toe, 't speck eten waer u leven,
Maer ghy wilt in de val u selven niet begeven,
Ghy hout u buyten schoots, en geeft u nergens bloot:
Maer sonder groot gevaer en werter niemant groot.
Gheen coren sonder hayr, gheen note sonder schellen,
Soo yemant pluckt een roos, de prickels gaen hem quellen.
Al die wat sonderlings, wat groots wel geerne wou,
Wat staet hy slecht en siet? de hant moest uyt de mou.

## Aude aliquid.

**E***Sca quidem placeat*, *sed te metus arcet ab escâ*,
*Nempe latent blandis vincla propinqua cibis:*
*Quid te vincla fugant? quid carceris impedit horror*?
*Quem labor absterrent*, *prȩmia nulla manent.*
*Grana latent paleis*, *dura nuce nucleus haeret;*
*Et rosa tangenti pungit acuta manum.*
*Qui facinus forti memorabile pectore versat,*
*Audeat, ille nihil*, *qui nihil audet, habet.*

## *Jamais paresse, ne fit proüesse.*

**L**E rat voyant le lard, souhaite de le prendre,
Mais toutefois pourtant captif ne s'y veut rendre.
Nul homme vient au bout de son contentement,
Qui n'a premier souffert du mal & du tourment.

## Avde aliqvid.
## XVII.

**E***st quoddam genus hominum adeò timidae inertisque desidiae*, *vt*, *etiamsi rerum bonarum spem affulgentem satis conspicuè videant*, *nihilominus tamen*, *nescio quid mali prae sagientes*, *ad omnia suspiciosi ac timidi manum operi admovere nunquam ausint. Proprium certè ignaviae est, periculorum praetextu segne otium velare: vidit id*, *& lepidè expressit hebraeus Sapiens*; *Prov. 22.13. Leo in trivijs grassatur, inquit otiosus*, *vereor ne me devoret. O fungos*! *manus cũ Minervâ movẽda est: dij facientem adiuuant. Semper aliquid Fortunae permittendum est*, *ait ille, quoties ad praeclaras actiones accingimur: frustrâ putamus nihil agenti in sinum devolaturã victoriam*, *aut Fortunam esse. Non votis*, *neque supplicijs muliebribus auxilia Deorum parantur*; *vigilando, agendo prosperè omnia cedent*; *Dij omnia laboribus vendere*, *monet proverbium. Difficultas aut eventus anceps te terret*?

> Audentes Fortuna juvat, timidos-
> que repellit,

*ait ille*: *& vt omnis aër aquilae penetrabilis est*, *sic difficultas forti.*

**M**EN vint menschen van soo weynich bedrijfs, en leuyen aert, dat de selve (hoe wel merckelijck voordeel voor handen siẽde, evenwel achter gehoudẽ werdende door, k en weet niet wat, gevaer dat sy haer in-beelden) de handt aen den plouch niet en derven slaen. 't Is van ouden her-comen altijts gheweest een rechte eyghenschap van alle slap gezoutene, haer vatsicheyt met een deck-mantel van ghevaer te beclceden, gelijck al in sijnen tijdt ghesien, ende aerdichlijck uyt-ghedruckt heeft de Wijse-man in sijn spreucken, Prov. 22.13. De leuye spreeckt, Daer is een leeuwe buyten, ick mochte verworght worden op der straten. Wech met dese soet-voerighe sachteboters. Niemant en can yet bysonders uytrechten, sonder in eenighen deele sich het ghevaer t'onder-werpen. Yder helpe sich selven, soo helpt hem God. 't Is niet te dencken dat yemant, sonder yet daer voor te doen, Segen ende gheluck in den schoot sullen comen neder storten. Niet met bloot wenschen, off vrouwelijck ghekerm, maer met dapper in de weir te zijn, vercrijght-men de Goddelijcke hulpe, in het uyt-voeren van treffelijcke saken. 't Is van outs een seg-woort by de Griecken, dat by God alle dingh om arbeydt te coopen is. Hem die het goede souckt, weder-vaert wat goets, seyt Salomon, Prov. 11.2. Wat maect u vertsaecht de moeyelijckheydt ende onsekere uytcomste van u voornemen?

> *Die clouck van moed' is*, *volcht geluck*;
> *Een swaer-hooft blijft altijt in druck*,

Segt den ouden Poëet: Daer en is geen lucht die den Arent niet en door-dringt, geen swaricheyt daer den dapperen niet door en coomt.

Claudian. in Nup. Honor.

> **N***On quisquam fruitur veris honoribus,*
> *Hyblaeos latebris nec spoliat favos*,
> *Si fronti caveat*, *si timeat rubos:*
> *Armat spina rosas*, *mella tegunt apes.*

Plaut.

*Qui è nuce nucleum esse vult, nucem frangat oportet.*

## *In voorspoet siet toe.*

**D**En Os gaet achter straet, verciert met roose cranssen,
De fleuyt en trommel gaet, de kinders om hem danssen;
Hy schuym-beckt inde wijn, en pruyst van enckel vet,
Maer denckt niet om de byl, die op hem is gewet:
Eylaeys! den slagher volcht den gilt-os op sijn hielen,
Die sal dat moedich beest wel haest doen neder-knielen.
Let, vrienden, op u stuck, en houttet voor verdacht,
Als eenich groot gheluck u troutelt en belacht.

## Fortuna vitrea est, cum splendet frangitur.

**S***Ordidus aut foeno nuper vel stramine taurus*
*Cincta triumphali cornua fronde gerit*,
*Et lavat effusum palearia crassa falernum*
*Et strepit argutis tibia festa sonis:*
*Jt pecus, & laetis mugitibus ęthera complet,*
*Nec stringi cultros in sua colla videt.*
*Sit suspecta tibi nimio sors lęta favore*,
*Jlla fovet multos*, *vt magis inde premat.*

## *En prosperité, n'y a seurté.*

**L**E beuf, couvert des fleurs, se brave par la rue
Au son du tabourin; mais le galant, qui tue,
Va tout ioignant a luy. quand grand bonheur te rit,
Cela te soit suspect, car le malheur te suit.

## Hev! Mala svnt vicina bonis.
## XVIII.

**S***ummè bona valetudo (secundum Hippocratem) summè periculosa est. Plerumque magnis gaudijs dolores adhaeres cunt. Magis periculosa navigatio est, cum, vento secundo, modò in hanc, modò in illam partem lascivit anceps velum, quam cum adverso turbine sinus obliquat gubernator. Solet Fortuna, inquit Caesar, quos pluribus beneficijs ornavit, ad duriorem casum reservare. Effusiorem risum lachrimae plerumque claudunt. Omnis enim felicitas dubia est, nec beatissimorum facilè vllus dixerit quamdiu talis futurus sit: Nam quod regnum est (inquit Seneca) cui non parata sit ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? nec magnis illa intervallis divisa; momentum interest inter solium, & aliena genua. Quis enim ignorat magnas arbores diu crescere, vnâ horâ exstirpari. Quisquis es fortunam reverenter habe; non enim melius res secundae perdurant, quam si animus continens eas gubernet: potentia vtique mediocriter vsurpata omnia bona conservat, ait Dio.*

**G**Ansch ende al wel-varende te zijn, is forgelijck, ende dient voor verdacht gehouden te werden, seydt Hippocrates. Een schip is in meerder gevaer, om door een sterckẽ voor-wint omgeslaghen te werden int gijben: als door een tegen-wint int laveren. Wt muytende toe-vallen van gheluck hellen veeltijdts tot sware veranderinghen, seydt Cesar. Het onmatich ende uyt-schetterende lachen werdt veeltijts met tranen besloten. Alle voorspoet is wanckelbaer: in voughen dat selfs de aldergeluckichste niet en weten hoe lange hun welstandt dueren sal. Wat heerschappije isser, seyt Seneca, de welcke niet den val, de vertredinge, den heerscher, iae den beul op de hielen na en gaet? En dickwils isser niet veel spelens tusschen d'een en d'ander. Op een Coninclijcke stoel verheven te zijn, ende selfs een voet-val te doen aen andere, is somwylen nau een ure tijdts verscheyden. Wie en siet niet dat hooghe boomen langhe wassen, en dickwils op een ooghen blick uyr-geroyt werden? Het is dan best t'elcken als ons het Gheluck toelacht, op ons hoede te zyn: op dat wy met het bedriechlijck lock-aes, ghelijck een domme visch, niet wech-gheruckt en werden.

*Voor al u saken wel besint,*
*Wanneer u schip zeylt voor de wint:*
*Want die int gijben eens misdoet,*
*Verliest wel licht'lijck lijff en goet.*

Sen. 28. Epist.

**A***D omne fortuitum bonum suspiciosi & pavidi stare debemus, & fera, & piscis spe aliquâ oblectante decipitur: munera ista fortunae reputamus? Insidiae sunt.*

Pet. Armil. Lib. 8.

**E***ffusam saepe laetitiam tristes & advcrsae res excipiunt.*

Ovid. 4. Pont. 3.

**T***V quoque fac timeas, &, quae tibi laeta videntur,*
*Dum loqueris, fieri tristia posse puta.*

## *Den trecker vvort ghetooghen.*

**D**En rotz-steen, die ghy siet, is 't richtsnoer van ons leven,
Den noot-dwanck van ons doen, van God ons voorgheschreven:
Matroos, die met ghewelt, en nae sijn eyghen wensch,
Den rotz-steen trecken wil, dat is den dommen mensch.
Gods schickinghe staet vast, gheen mensch can die beweghen,
Wat spertelt ghy, ô dwaes, wat worstelt ghy hier teghen?
Wort wijser, al die u hier in wel eer vergreept,
Die gaen wil, wert gheleyt: die niet en wil, ghesleept.

## Adtrahens, abstrahor.

**S***Jt fatalis apex, scopulus quem conspicis*, *hospes*,
*Esto tibi parvae navita puppis, homo:*
*Aspicis, vt vastam convellat homuncio cautem,*
*Inque levem satagat ducere saxa ratem;*
*Jlla suo stant fixa loco*, *nec tracta sequuntur*,
*Qui trahit, intereà se videt ipse trahi.*
*Fata reluctantes rapiunt*, *ducuntque sequentes*;
*Cedere qui non vult sponte*, *coactus abit.*

## *A malheur & encombrier*,
## *Patience est le vray bouclier.*

**P**Ourquoy ta foible main tirer ce rocq s'avance,
Qui toy & tout le tien, sans se mouvoir, eslance?
Or, ton fatal destin apprens, homme, en ce rocq,
Lequel, tirer si veus, toy mesme auras le chocq.

## Adtrahens, abstrahor.
## XIX.

**L***A priere laquelle Epictete nous commande tousiours avoir a la bouche (de laquelle faict mention le Sieur du Vair au Manuel d' Epict.) me semble plus haute que d'vn Philosophe*,

> Mon Dieu conduise moy, parla
> voye ordonnée,
> Je suivray volontiers, de poeur que
> vn fort lien
> Ne m'entraine meschant, ou en homme de bien
> Je pourrois arriver, suivant la De-
> stinée.

*Quid luctemur homulli? calcitrones & refractarij equi hoc consequuntur*, *vt verbera etiam aliquot excipiant, nec excutiant tamen jugum*, *ait ille*: *hominum enim in rebus gerendis sententias non minus fatum*, *quam calculos fluviorum limus obruit* (*Pausan in menip*) *nec enim consilio prudenti, nec remedio sagaci divinae providentiae fatalis dispositio subverti potest*, *clamat vel ipse Apulejus. Optimum igitur est pati (inculcat Seneca) quod emendare non possis*, *& Deum (quo auctore omnia eveniunt) sine murmure comitari. Malus ille miles qui imperatorem suum gemens sequitur*; *nihil autem ita plagas coërcet*, *vt patientia.*

**H**Et ghebedt dat Epictetus ons beveelt altijdt inden mondt te hebben, verhaelt by de Heer President du Vair, dunckt my vry al wat hoogher te gaen als de leere vande Heydensche wijs-gierighe:

> *Leydt my door dijn bestemde baen*
> *Mijn God, soo sal ick willich gaen*
> *Daer ick*, *ghelijck een eerlijck man*,
> *Naer u beschicking comen can:*
> *Off anders werd' ick, als een wicht*,
> *Ghesleept nae mijn bescheyden plicht.*

Wat worstelen wy dwerghen hier teghen? een aerselende ende achter-uyt-slaende peert doet met sijn steecheydt gheen ander voordeel, als dattet zyn lijf vol slagen crijcht, en moet niet te min het gareel draghen, en den plouch voortrecken. Den raedt ende besluyt der menschen wert vande beschickinghe Godes immers soo lichtelijck beloopen ende gheheelijck bedeckt, als de keyen aen den oever ligghende, door het opgeworpen slijck ofte zant vande overloopende reviere, seydt Pausan. Godes eeuwige voorsienicheyt en can noch door wysen raedt, noch clouck verstant van s'menschen vernuft eenichsins verhindert werden, seydt selfs den goddeloosen Apulejus. 't Is dan best geduldelick te verdraghen 't ghene men noch beletten, noch versetten can: 't Is best God, door wiens macht alles beleyt wert, sonder tegen-knorren ofte morren in te volghen. Ten is geen rechtschapen lansknecht, die met onwillicheyt eñ al suchtende sijn Velt-oversten na volgt. Daer en is niet dat plaghen en slaghen meer versacht, als lijdsaemheyt.

Sen. Oed.

> **F***Atis agimur, cedite fatis*:

*Non sollicitae possunt curae*
*Mutare rati foedera fusi,*
*Quidquid patimur mortale genus*
*Quidquid facimus*, *venit ex alto.*

Seneca.

**N***Ecessitatis non aliud effugium est*, *quàm velle, quod ipsa cogit.*

## *Een open mont thoont 's harten gront.*

**M**En heeft ghemeynt, soo lang dit doosken bleef gesloten,
Dat fraeyheyt, sonder ent, hier binnen lagh ghegoten,
Soo schoon wast int gesicht; maer, als het open ginck,
Doen was den heelen schat niet anders als een vinck.
Pier scheen een dapper man, eer dat hy hadd' ghesproken,
Sijn zouteloos gheral heeft al sijn lof verbroken.
Die niet te wijs en is, en niet wil schijnen geck,
Die spreke niet te veel, soo heelt hy sijn ghebreck.

## Silendo stolidus sapienti par est.

**H***Ac, dum clausa fuit, sub pyxide mira latere*
*Regalesque tegi quisque putavit opes*;
*Mox*, *vt aperta fuit*, *spectacula ludicra vulgo*
*Prębet, & è capsâ parua volavit avis.*
*Dum silvit tua lingua*, *virum te*, *Basse*, *putavi*,
*Testatur puerum te sine mente sonus.*
*Qui loquitur*, *populo se prębuit ille videndum,*
*Vel fatuus*, *presso dum silet ore*, *sapit.*

## *Sans langage, le fol est sage.*

**T**Out semble bel & bon, quant ceste boite est close,
Mais quant vn malotru ouverte la propose,
Le ieu est tout gasté, le monde voit que c'est;
Pour sage on tient le fol, si long temps qu'il se taist.

## Silendo stolidvs sapienti par est.
## XX.

**M***Vltis praeclarum videtur bene loqui, prudentioribus appositè tacere. Quoties enim, cxtra notam simulationis, aut ignorantiae, tacere fas est, silentium, non loquacitatem, hominem cordatum judicare cordati judicant: nec quanta quis, sed qualia loquatur; nec verborum molem, sed pondus attendendum esse. Vt moneta illa optima est, quae pretij plurimum habet in paruâ mole, sic sermo qui sensus, ait prudens vir, & confidenter addit; Quid visurus sim nescio, sed verbosos valdè & vnà sapiẽtes nondum vidi. Cor fatui (inquit Salom.) eructat stultitiam. Aut nihil igitur, aut accuratè loquendum; ne lingua, quae in humido ac lubrico est, (vt Antiqui dicebant) alibi titubet, aut vacillet; nec enim turpe adeò pede, quam mente labi, ait Stobae. Concludo, & cum Maximo silentium optimum atque tutissimum rerum administrandarum vinculum esse definio.*

**V**Eel achtent een groote saecke wel te connen spreken: wyse luyden houden meer van wel te connen swijghen, jae oordeelen dat soo menichmael ymandt swygen mach, buyten verdachtheydt van onwetentheydt ofte gheveynstheydt, dat het swyghen, en niet het spreken een waer-teycken is van een rechtsinnich verstant. Niet hoe vele, maer hoedanighe reden dat yemandt voorbrenght, niet de menichte, maer het ghewichte der woorden, is bedenckelijck: Ende ghelijck dat voor het beste ghelt wert ghehouden, t'welck in weynich stoffe, groote weerde vervat: so moeten oock de redenen, die weynich woorden, en veel sins in hebben, hoochst gheacht werden. Ick en weet niet, seyter een geleert man, wat ick noch sien sal, maer tot noch toe en hebbe ick noyt veel-sprekenden mensche wijs ghevonden. T'schijnt stout gheseydt te zijn, doch Salomon selfs is al mede van dat ghevoelen: waer veel woorden zyn, seyt hy, daer hoortmen den sotten. Ghelijck het metael door zyn clanck, soo wort den mensche door sijn reden onderscheyden, seydt Quintilianus. Het is daerom oorboir ofte gheene, ofte wel-voughende redenen voort te brenghen, op dat de tonghe, die in t'natte en gladde haer woon-plaetse heeft, (ghelijck de Oude seyden) niet erghens in en glibbere, want ten werdt niet soo quaer ghehouden metten voeten, als mette tonghe, te struykelen.

Martialis.

**C***Vm te non nossem, dominum regemque vocavi:*
*Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.*

Erasm. in Apot.

*Est aliqua sapientiae pars, silentio stultitiam tegere.*

Alciat. ex Graeco.

**Q***Vum tacet, haud quidquam differt sapientibus amens,*
*Stultitiae est index linguaquè voxquè suae.*
*Ergo premat labium, digitoque silentia signet,*
*Et sese pharium vertat in Harpocratem.*

## *'t Is kunst te leven.*

**D**En desen vangt een visch, en schenter aen sijn handen;
Den genen lachter om, en wetter op sijn tanden:
Dit sietmen alle daegh. Den pieterman heeft dat,
Hy is, of goet, of quaet, al nae hy wert ghevat.
't Wel leven is een kunst, en dat niet van de minste,
Dat quaet beleyt verbrot, brengt goeden raet tot winste:
Een dinck heeft dien verrijckt, en genen uyt-gheput;
Dat elck is even nae, is elck niet even nut.

## Non omnibus, omnia.

**P***Ascitur ille cibo, depascitur iste veneno;*
*Jnque pari causa quod gemat, alter habet.*
*Res eadem quare juvet hunc, cur troqueat illum*
*Quaeritis; in causâ est lęva, vel apta manus:*
*Apta manus festos & tristia vertit in vsus,*
*Jpsa vel evertit gaudia laeva manus.*
*Artis opus vita est, non omnibus omnia quadrant:*
*Quod nocet huic, illi commoda sępe tulit.*

## *Deux mendians a vn huis,*
## *L'vn a le blancq, & l'autre le bis.*

**D**Eux touchent vn poisson, dont l'vn est mis en rage,
Et l'autre estant joly, s'en rit de bon courage.
Tout n'est pas propre a tous; dont l'vn faict son profit
Vn autre pert ses biens, & creve de despit.

## Non omnibvs, omnia.
## XXI.

**N***Ec satis clavus' nec satis est fraenũ, nisi adsit qui arte moderetur, nõ satis cythara, nisi qui scit è moduletur. omnia non pariter rerum sunt omnibus apta. Egregiè, vt caetera, Arist. tantum, inquit ad vnumquemq; foelicitatis pervenit, quantũ cuique virtutis ac prudentiae. priscis mortalibus ferae damno fuêre, vtpote identidem ab eis laesi; posteriores etiã in suum commodũ vertere coeperunt, carnibus vesci, pellibus vestiri, felle mederi. Nam quemadmodum vnius & ejusdem herbae apis florem sequitur, capra fruticẽ, sus radicẽ, bos foliũ, aves semẽ, ita quisq; pro ingenij modo vtilia aut futilia ex re quapiam colligit. Aqua maris inutilis est potui, sed alit pisces, ac servit navigãtibus. Ars vtentis rerum vsum distinguit, & sapiẽs, vt ait comicus, fingit fortunã sibi. longè aliter Penelopen Vlisses, aliter Eurimachus spectabat, aliter solẽ Pithagoras, aliter Anaxagoras; ille vt Deum, hic vt lapidem prospectabat, virtutẽ denique ipsam non eodẽ modo Socrates atque Epieurus, Socrates quidẽ tanquã beatitudinis, Epicurus tãquã voluptatis amator sequebatur. Quid tandẽ? Peregrinemur vt apes, non vt araneae, &, quod in quaq; re commodi est, id excerpamus.*

**N**Och het roer aen het schip, noch den toom aen het peert baten yet, sooder niemandt en is diese wel bestiere. Luyt ende Cyther zyn vergheefs, sonder goede meester dier op spele. Alle dinghen staen alle man niet even wel ter handt, maer yder een treckt soo veel voordeels uyt eenich dinck, als hy wijsheydt heeft. De wilde dieren zyn in oude tijden byde onervaren menschen schadelijck geacht geweest, midts sy-lieden telcken daer van ghequetst wierden: De naecomelinghen daerenteghen hebben uyt de selve groot voor-deel weten te trecken, als der selver vleysch tot spyse ghebruyckende, de vellen tot cleedinghe, de galle tot ghesontmakinghe: Want ghelijck aen een ende het selve cruyt de Bië na de bloeme tracht, de geyte na de spruyte, het vercken nae de wortels, den os naer het blat, den vogel na het zaet: alsoo plach een yegelijck, nae den inval van zyn vernuft, uyt een en de selve sake den eenen nutte dingen, den anderen niet dan beuselinghen te trecken. Een purperen cleedt sal den mensche verheugen ende tot vreuchde verwecken, ende den stier doen woeden. Het Zee-water en deucht niet tot dranck, is evenwel bequaem totte vischerie, eñ de schipvaert. De conste des gebruyckers onderscheyt de dingen, ende een vernuftich mensche can sijn eygen geluck smeden. De deucht selfs en wert niet op eene wyse by Socrates en by Epicurus betracht, want den eenen volgt dese om der ghelucksalicheyt, den anderẽ om der wellust wille, Voor besluyt, laer ons handelen eñ wandelen als byen ende niet als spinnen, op dat wy uyt alle dingen het beste verkiesen.

Theodoret.

**N***Eque ensis caedium causa est, sed is qui ense malè vsus est, neque divitiae & paupertas, aliaeque vitae prosperitates & adversitates reprehendi & accusari merentur, sed qui vnoquoque eorum praeter leges vtuntur.*

## *Elck zijn goetje.*

**D**E Outheyt maeckt ghewach van wonderbaer rivieren,
Die met een soeten stroom door't zoute diep gaen swierẽ;
Maer, of de zee al schoon speelt met het soete nat,
Het een en deelt nochtans niet van des anders schat.
Dus *houtmen* huydensdaechs (men macht wel houwen noemen
Want yder *hout* zijn goet) wie can van liefde roemen
Daer yemant, eermen trout, bespreeckt zijn goet alleen?
Fy! van bysonder goet daer't lichaem is ghemeen.

## Corpora communia, sed non pecunia.

**P***Er latices*, *Neptune*, *tuos diffunditur amnis,*
*Cui remanet totus*, *qui fuit ante*, *color*:
*Mixta nec vnda mari*, *mare nec miscetur in vndis*
*Fluminis*, *& proprius piscis vtrique manet.*
*Heus vbi sancta fides*? *vbi dulcia foedera lecti?*
*Vtraque sepositas arca reservat opes:*
*Corpora sunt nobis communia, lege iugali*,
*Cum mihi te dederis*, *cur tua*, *Phylli*, *negas?*

## *Chacun son cas apart.*

**L**E fleuve, que tu vois, bien par la mer se roule,
Mais son eau, ny poisson, hors de son sein ne coule.
Lors, quant les mariez ont mis leur biens apart,
Ou est, dy foible Amour, ou est ton feu & dart?

## Corpora commvnia, sed non pecvnia.
## XXII.

**Q***Vid hoc rei est! Fluvium per medium maris labi*, *in sinum*, *& velut in amplexus cani istius Patris ruere*, *& suam nihilominus vndam*, *colorem, pisces, sibi servare! Monstrum hoc aliquis in mari, aliud nos in terrâ miremur. Patrum nostrorum aevo*, *cum adhuc exstarent veteris vestigia recti*, *vna ferè erat & simplex matrimonij ineundi ratio*, *vt simul cum ipsis nuptijs omnium bonorum societas inter conjuges contracta videretur. Nunc vero mutata tempora*, *mutati adeò vnà hominum mores*, *vt conjugij Sacrum in commercium abijsse*, *& res mancipi facta videatur*; *quotque hodie matrimonia, totidem sordidae ferè pactiones*, *de bonis in communionem non conferendis, interveniant. Quid dicam*? *stultè parentes filiam in matrimonium collocant ei*, *cui dotem diffidant. Stultè mulier marito ejusmodi se dat, cui sua negat. Vt humida miscentur omnibus partibus*, *sic inter conjuges nihil separatum, nihil singulare*; *non corpus*, *non bona, nec cogitationes quidem, velim.*

**D**E ondersouckers der nature hebben voor een groote vreemdicheydt aenghemerckt sekere reviete midden door dee Zee vlietende, sonder nochtans haer visch en water mette Zee gemeen te maken. T'is (mijns oordeels) immers so selsaem datmen hedensdaechs, int maken van houwelijcken, ghemeynschap van lichamen volcomelijck ende sonder tegenspreken toelaet, ghemeynschap van goederen, daer en tegen gansch verwerpt. Ist niet groote dwaesheydt een teere maghet, u eygen vleesch en bloet, inden schoot van desen of genen onbesuysden jongelinck slechtelijck heen te legghen, om nae sijn welgevallen met de selve om te moghen springhen, een handt vol gelts daer en tegen, of soo wat eerde cluyten in dier vougen vast te maken, dat hy daer niet aen en can? ist niet dullicheydt sijn dochter te betrouwen aen yemant, diemen het houwelijckx goet niet betrouwen en derf? Sekerlijck de weerdicheyt des houwelijckschen staets werdt, door dese vreemdicheden, veel te cort ghedaen: want voorwaer, alster wel soude gaen, soo behooren de ghehoude niet alleenlijck in lichamen, maer oock in goederen, iae in ghemoederen en ghedachten gemeen, en in alle haer deelen immers so seer vermenght te wesen ghelijck wijn en water als het onder den anderen gegoten is.

> *Waer twee gheworden zijn tot een*,
> *Maeckt daer gemoet en goet gemeen.*

Horat. Sat. 1. Lib. 1.

> **M***Iraris cum tu argento post omnia ponas*
> Si tibi non pr*a*esto, *quem non meraaris amorem.*

Plutarch. in Pręcept. Matrim. ex vers. Amiot.

**P***Laton escrit que la cité est bien heureuse ou on n'entend pas ces mots*, cela est mien, cela n'est pas mien, *mais ces paroles là doivent bien encore plus estre bannies hors du mariage.*

## *Der dvvaesen bant, is onverstant.*

**W**At rechtmen daeg'lijckx aen in landen, dorpen, steden,
Dat niet met al en sluyt*!* en soo ghy vraecht de reden,
Men seyt, 't is so 't gebruyck; en daer med' gaetet heen:
Maer wat een slecht bescheet, welck een waenbacken reen!
Moet dan een eerlijck man, niet anders als de honden,
Iuyst pissen, al waer pis eens anders wert ghevonden?
O dwaesheyt! die sich voecht naer ander luy ghebreck,
Laet, aen een enckel stroo, sich binden, als een geck.

## O Demens*!* ita servus homo est*?*

**M***Vlta quidem totam patrantur inepta per vrbem*,
*Cumque petis causam*, *mos iubet ista, ferunt.*
*Annè igitur stolidi nos stringat opinio vulgi?*
*Regula num vitae factio plebis erit?*
*Stamine sic fragili*, *vel stramine morio vinctus*
*Vah! sibi compedibus crura sonare putat.*
*Serviles vilesque sumus*: *prô vincimur*, *imò*
*Vincîmur miseri*, *causaque nulla subest.*

## *Ce que me lie, c'est ma follie.*

**F**Orce actes, que faisons, sont pleines de bestise,
Demandez en raison, on vous les autorise
Pas la costume, helas! vn fantastique lien,
Le fol se tient lié, & que le tient, n'est rien.

## O demens! Ita servvs homo est.
## XXIII.

**S***Ensus morbi*, *& origo ejus detecta initium sanitatis est. Magna vitiorum scaturigo est, consuetudinis, plerumque non bonae, impressa nobis auctoritas. Vivimus plerique ad exempla, &*, *non quid rectum, sed quid vsitatum sit*, *inquirimus. Quis nostrum lautitiarum aut superflui sumptus si culpetur*, *non statim recurret aa antiquam illam*, *& nõ probam excusationem*, *Non ego sumptuosus sum, sed mores*, *vt hodiè sunt, tantas impensas exigunt? Ne nos lepidi sumus! Sumptuositatem excusando, dementiam culpamus. Nihil peccati antiquitas*, *nihil errantium multitudo nos moveat. Mala consuetudo*, *vetustas erroris est*, *dixit Theologus. non exemplis*, *sed legibus judicandum pronuntiant Iurisconsulti. non consuetudine*, *sed ratione vivendum clamant Ethici. Concludo antecedentium gregem sequi*, *pecudum esse*, *non hominum. Nec enim bene currere potest, cui cura est alienis vestigijs pedem infigere.*

**E**En ingebeelde groot-achtinghe vande gewoonte des volcx, is als een spring-ader van alderley misgrepen. Vele van ons leven alleen maer na exemplen van andere, niet ondersouckende wat recht, maer wat ghebruyckelijck is. Wie doch berispt sijnde over onmaticheydt van spijse in maeltijden, en gaet niet terstont sijn toevlucht nemen tot de oude, doch ondeugende, uyt-vlucht, T'is so de maniere? ist niet wat frays? met ons te willen verontschuldigen van costelickheyt, beschuldigen wy ons inder daet van dwaesheyt. Niemant bedriege sich selvẽ: noch de outheyt vande misbruyckẽ, noch de menich te van die hun misgrijpẽ, can immermeer dat slim is, recht makẽ. Quade ghewoonten zijn oude dwalinghen. Men moet na wettẽ, niet naer exemplen wijsen. Men behoort na reden, niet na gewoonte te leven. Slechtelick sijn neus volgen, en, de gene die voorgaẽ, na te loopen, is beestẽ, geẽ menschen werck. Niemandt gaeter wel die sijn voetẽ geduerichlick wil vougen na eens anders voetstappen

Sen. Epist. 51.

**N***On ego ambitiosus sum*, *sed nemo aliter Romae potest vivere. Non ego sumptuosus*, *sed vrbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitiũ quod iracundus sum*, *quod nondum constitui certum genus vitae*, *adolescentia haec facit. Quid nos decipimus?*

Idem Epist. 58. in Fin.

**I***Nter causas malorum nostrorum est*, *quod vivimus ad exempla nec ratione componimur*, *sed consuetudine abducimur. Quod pauci faciunt, nolumus imitari: quum plures facere coeperunt*, *quasi honestius sit quia frequentius*, *sequimur*, *& recti apud nos locum tenet error*, *&c.*

## *Konst van bevvaren, gaet voor 't vergaren.*

**D**E meeu is wel ('t is waer) in d'oester-schelp ghenepen,
De vanck is goet, ick kent, de voghel is ghegrepen;
Maer noch ist niet ghenough: de meeu stelt haer ter weer,
Sy spertelt, slaet, en tiert; sy springt noch op en neer:
Den oester wert ghesleurt; dies wert de vanck hem teghen,
Sijn goet is hem een pack, hy staeter med' verleghen.
Schoon yemant, by gheluck, vol rijckdoms wert ghetast,
Ghebreeckt hem goet beleyt, soo ist hem maer een last.

## Fortunam citius reperias, quam retineas.

**T***Egminibus patulis jacet ingens littore concha*,
*Dum petit hanc*, *rostrum pressa tenetur avis*;
*Capta quidem premitur volucris*, *sed capta repugnat*,
*Et salit*, *& pennis ostrea dura quatit:*
*Concha, diu luctata*, *nequit retinere volucrem*,
*Dumque fugit*, *clamat, pręda molesta vale.*
*Parta per incertos numerosa pecunia casus*,
*Aut perit*, *aut onus est*, *ars nisi servet opes.*

## *Vn fol ou beste*
## *Faict bien conqueste,*
## *Mais bon mesnage*
## *C'est faict du sage.*

**BI**en que l'oiseau, soit pris, ce non obstant le huistre
N'en a que du travail, & n'en a nul honneur:
Bien, par cas fortuit, acquis par vn belistre,
Ne faict jamais du bien a son lourd acquereur.

## Fortvnam citivs reperias, qvam retineas.
## XXIIII.

**I***ngentia & ramosa cornua cervis magis oneri*, *quam adiumento esse*, *cum ijs vti nesciant*, *facilè perspicimus. Parum est*, *opibus affluere si desit ars vtendi.* J Francesi, *inquit Guicciardin.* sono piu prompti a acquistare, che prudenti a conservare. *Id omnibus in vniversum hominibus ferè accidit. Multi sunt quibus aut regna*, *aut opes*, *summo labore ad quisitae*, *postea defectu providi regiminis e manibus elabuntur. Magnae opes non tam multa capiendo*, *quam haud multa perdendo quaeruntur, ait Dio. Excellentibus ingenijs, inquit Liv. citius defuerit ars quâ civem regant*, *quam quâ hostem superent. Rationẽ acutè tangit Zonaras*, *tueri quaesita*, *inquit*, *difficilius est quam adquirere*, *quoniã in adquirẽdo ignavia possidentis saepe plus confert*, *quam propria virtus. Tueri autem, quaesita sine propriá virtute*, *nemo potest. Bene igitur ille, qui malle se dixit virum pecuniâ*, *quam pecuniam viro indigentem filiae in maritum dare.*

**D**E hooch-ghetackte hoornen zijn voor de Harten veel eer beswaerlijck, als behulpsaem, uyt oorsake dat de selve geen handelinghe en hebben om die wel te connen ghebruycken. Ten heeft niet veel om t'lijf treffelijck gegoet te zijn, indienmen geen bequaemheyt en heeft om sijn middelen wel te besteden en te bestieren. Den Fransman, seyt Guicciardijn, is veel handigher en gauwer om yet te winnen, als voorsichtich om t'ghewonnen re bewaren. T'gaet bynaest so met alle menschẽ, hooghe en leege. Men vinter die met een sekere happicheytden eenen treffelijcke heerlijckheden, den anderen schoone goederen, by den anderen geraept hebben, aen de welcke nochtans, by ghebreck van goet beleyt, alles naderhandt door de vingheren is ghedropen. Wtmuyrende verstanden, seyt Livius, sal veel eer de wetenschap onbreken om hare burgerie wel te bestieren, als om haer vyanden haestelijck t'overwinnen. De redene hier van wert aerdelijck verclaert by Zonaras, te beschermen, seyt hy, het ghene dat ghewonnen is, valt beswaerlijcker als het winnen selfs; overmits dickwils, tot het vercrijgen van eenich ding, meer helpt de laffe onachtsaemheyt vanden genen die het sijne slechtelijck hem laet ontfutselen, als u eyghen clouckheydt: maer t'ghene dat eens gewonnen is, en can sonder eyghen goet beleyt niet bewaert, off recht gebruyckt werden. Hy dede dan wijfelijck die sijn dochter liever te besteden hadde aen een man die goet onbrack, als aen goet dat een man van doene hadde.

Ovid.

> **N***On minor est virtus*, *quam quaerere*, *parta tueri:*
> *Casus inest illis*, *hic erit artis opus.*

Sen. lib. 1. Epist. 2.

**I***Mmodicae divitiae sunt veluti ingentia & enormia gubernacula, facilius mergunt*, *qùam regunt: cum habeant irritam copiam*, *& noxiam nimietatem.*

## *Ghemeenlijck een vervvaende geck,*
## *Straft in een ander sijn ghebreck.*

**A**L is de wet-steen plomp, en onbequaem tot snijden,
Soo wil hy even-wel aen 't mes gheen plompheyt lyden.
'T ghebreck, daer yemant selfs sich mede voelt besmet,
Is veel-tijts d'eerste stoff, daer hy sijn tant op wet.
Hoe wel weet menich mensch een yder 't sijn te gheven,
Die midd'ler-tijt niet eens let op sijn eyghen leven?
Maer, vrient, wat batet u, te maken yders staet,
Soo door u slecht beleyt, u huys verlooren gaet.

## Peccans peccata corrigit.

**C***Os acuit tritas, obtusior ipsa*, *secures*,
*Et redit a scabro splendidus axe chalybs.*
*Si quis in alterius sua crimina pectore sensit*
*Hei mihi! quàm saevas exerit ille manus*?
*Dum vitijs agitur, conuitia spargit in omnes*
*Zoylus*, *& crimen quod petit, intus habet.*
*Claude domi tua vota*, *foris quid eernis acutùm*?
*Crede mihi, sibimet qui sapit*, *ille sapit.*

## *Mets ta main en ton sein,*
## *Et ne mesdiras a ton prochain.*

**L**A pierre que tu vois, agu le fer veut rendre;
Et iamais a trancher ne peut soy mesme apprendre.
Qui chastier pretend ès autres leur defaut,
Ses fautes redresser premierement luy faut.

## Peccans peccata corrigit.
## XXV.

**D***E Augusto traditur, cum esset luxuriae serviens, fuisse tamen ejusdem vitij severissimũ vltorem; idque ferè vniversis hominib*[9] *mali moris est, ut acres sint in vlciscendis vitijs quibus ipsi vehementer indulgent. ea utique est fatalis ingeniorum scabies (ut ille ait) vt omnes reprehendere ac disputare malint, quam vivere. Nemo docendi, nemo discendi stu dio vnquam in calumniae hunc malignũ campum descendit. Sed quemadmodum cum aestate, vt Plinius ait, vehementiùs tonuerit, quam fulserit, ventos denũtiat; ita, vbi quis vehementer in aliorum vitia inclamat, ipse, vitae non sat probae, indiciũ est animi magis ambitionis vento tumescentis, quam solidè pij. Apagè mihi cum nasutis istis. Placet illud Poëtae,*

> ..... Non sic inflectere sensus
> Humanos edicta valent, quam vita
> loquentis.

*Quanto amabilius erit si in omni vitâ cum Plauto dicamus?*

> Eya Lyde! leniter qui sęviunt, sapiũt
> magis.
> Minus mirandum est, aetas si quid illorum facit,
> Quam si non facit: feci ego isthaec in
> adolescentiâ.

**E***st sapientia magnitudinisque animi*, *ait Cicero*, *quid amiseris*, *oblivisci*; *quid recuperaveris*, *cogitare. In vtroque contrarium plerumque faciunt homines; parta enim sine voluptate ferè demittunt*; *amissa autem veris & spirantibus lachrimis deplorant. Pueri, lusoria plurima ijs licet dederis*, *si vnũ atque alterum modò auferas*, *reliquis omnibus*, *per iram ac indignationem abiectis*, *plorant. Idem plerisque hominum solet accidere*; *vel vnum aliquod dispendium magna commoda injucunda ac insipida solet reddere. Mobilis ac inquieta est mens hominis*, *nunquam se tenet*, *ait Seneca. Optat libertatem servus*, *civitatem libertus*, *civis divitias*, *dives nobilitatem*, *nobilis regnum*, *rex in Deorum numerum referri vult, tonare propemodùm ac fulminare cupiens: adeò ejus*, *quod semel transierit modum*, *nullus est terminus*, *ait Epictetus. Optimè Hebraeus sapiens*, *justus sumit cibum*, *& replet animam suam*; *venter autem impiorum insatiabilis.*

**TJ**s wijsheydt en groot-moedicheyt (seyt Cicero) watmẽ verloloren heeft te vergeten, watmen gewonnen heeft te gedencken. Dẽ gierigaert doet in beyde regel-recht het tegendeel; want verliest hy maer een cleyn deel van t'gene hy alreede gewonnen heeft, hy schreyt tranẽ met tuyten; niet onghelijck in sijn doen met de kindereẽ, aẽ dewelcke schoon mẽ veel poppe-goet en speel-dingẽ heeft gegeven, indienmen maer yet wes haer af en neemt, sy stellent op een cryten, en werpent al daer henẽ. Indien daeren tegens den gierigaert staech in winste is, noch ist al niet. Want gelijck een hont met eẽ open kele ontfangt, het broot datmẽ hem toewerpt, en t'selve terstont, geheel en sonder smaeck, inslickt, en na het nieuwe loert; insgelijcx al wat hem t'geluck toesent, sluyt hy cnap in sijn coffers; wachtẽde al weer op het toe comẽde. Elendige mẽschẽ! de rechtveerdige (seyt Salom. Pro. 13.25) eet dat sijn zicle sat wert, maer der godloosen buyck heeft nimmermeer ge noech. T'is conste versaet te werdẽ.

Martial. lib. 12. Epig.

> **H***Abet Africanus millies, & tamen captat,*
> *Fortuna multis nimis dat, nulli satis.*

Sen. lib. 1. Epist. 2.

**Q***Vid refert quantum illi in areâ*, *quantum in horreis jaceat? si alieno inhiet, si non quaesita, sed quaerenda computet*, *non enim qui parum habet, sed qui plus petit, pauper est.*

Gregor. in Moral.

*Ars magna est, satiari.*

## *Te vvijde net, is staech ontset.*

**W**Anneer de spin int ront spreyt uyt haer broose netten,
En gaet haer vliech-getou gansch wijt en breet uytsettẽ,
Hier swiert een horsel in, daer vliecht een vogel deur,
En elders valt een steen, en maeckt noch grooter scheur;
Daer is staech dit off dat ghebroken off ghereten,
En midd'ler tijt ontgaen de vlieghen deur de spleten.
Al die van ongheval en druck wil zijn bevrijt,
Die matighe sijn net, en spannet niet te wijt.

## In vulnus maiora patent.

**D***Vm laxos gracili pede tendit aranea casses,*
*Et nimium latè futile pandit opus*;
*Aut laqueos tecto lapsi rupêre lapilli,*
*Aut citò prętеriens retia findit avis,*
*Et modò crabo plagis, modò turbidus ingruit auster,*
*Sic aliquâ semper parte lacuna patet.*
*Armamenta suę nimiùm qui pandere sortis*
*Aggreditur, semper quo feriatur habet.*

## *Qui trop embrasse, peu estraint.*

**L**'Araigne largement va ses fillets estendre,
Mais voila dechirez ses lacqs, au lieu de prendre.
Qui, haut en ses desseins, ses rets trop a ouvert,
En s'ouvrant au malheur, au lieu de gain il perd.

## In vvlnvs maiora patent.
## XXXIX.

**F***Ortunam*, *velut tunicam*, *magis concinnam proba, quam longam, ait Apul. Magni quippe animi est magna contemnere, ac mediocria malle*, *quam nimia, ait Seneca*; *illa enim vtilia vitaliaque sunt, haec, co quo superfluunt*, *nocent. Segetem nimia sternit vbertas. Rami pomorum onere franguntur*, *& ad maturitatem non pervenit nimia foecunditas. Idem animis humanis evenit*; *eos quippe immoderata foelicitas rumpit, quâ non tantum in aliorum injuriam, sed etiam in suam vertuntur: sitque ijs, quod exiguis statuis solet*, *quibus imperiti artifices magnas bases subdidêrunt, ex quibus magis conspicua redditur earum exiguitas. Pusillo sanè animo munus amplum*, *aut opes ingentes additae, magis imperitiam, animique fatuitatem produnt. Stultus gubernator est, qui totos adeò sinus explicuit, vt, si tempestas ingruat, expeditè armamenta contrahere non possit.*

**V**AN Rijckdommen (seyt Apuleius) moetmen oordeelen als van kleederen, ende voor beter houden die ons recht wel passen, als die, te groot zijnde, ons wijt en sloffich om 't lijff hanghen. 't Betaemt een groot ghemoet (seyt Seneca) groote dinghen te versmaden, ende liever te verkiesen dat middelmatïch is, als dat te veel is: 't eerste is handtsaem en nut, het andere is onschickelijck door sijn groote. Door te gulsighen veylheyt werdt het groene coren legerich, ende en can niet rijpen. Door gewichte van vruchten scheuren de boomen. T'gaet even soo mette ghemoederen der menschen, onmatighen voorspoet is oorsake van haer qualijck-varen, sulcx dat sy niet alleenlijck aen haer selven, maer oock aen andere hinderlijck werden, niet onghelijck sijnde de beelden die den eenen ofte den anderen onverstandigen Ambachtsman op een al te grooten voet ghestelt heeft, waer door haer cleynte des te meer uyt-muyt. Ti's seker dat cleyne verstanden tot groote ampten ghevordert, dies te meer haer onverstant aen den dach brengen. T'is een slecht schipper die t'seyl in voor-wint soo seer uyt gheviert heeft, dat hy t'selve, als het noodt doet, niet een reefjen en can inswichten.

Senec. Agamem.

> **C***orpora morbis*
> *Majora patent,*
> *Et dum in pastus*
> *Armenta vagos*
> *Vilia currunt,*
> *Placet in vulnus*
> *Maxima cervix.*
> *Modicis rebus*
> *Longius aevum est.*

Seneca de Tranq.

**Q***Vi multa agit saepe fortunae potestatem sui facit, cogendae in arctum res sunt, vt tela in vanum cadant. Angustanda sunt patrimonia nostra, vt minus ad injurias fortunae simus expositi. Magna armamenta pandentibus multa ingruant necesse est.*

## *VVt de reden, kent de zeden.*

**V** dochter, soo ghy segt, neemt dickwils haer ghenuchte
In eyers uyt te broen, en seyt dan, voor een cluchte,
Siet vader, dit's mijn kint, hier ben ick moeder van:
Ghy vraeght wat dit beduyt; u dochter wil een man.
Let vry wel op dat *broen*, denckt om dat *moeder noemen*,
Het een' is enckel hitt', het ander is verbloemen
Van, ick en weet wat, lust. Wel, hout u dochter uyt,
Off seker 'twert een vrou, oock eerse wert de bruyt.

## Ex signis futura.

**O***Va fovet volucrum, tenerisque inserta papillis*
*Lydia bombycum semina parua gerit:*
*Hinc veniunt foetus, hinc se vocat illa parentem,*
*Hei mihi*! *ludendo nomina vera petit:*
*Re cupit esse parens, quae matris imagine gaudet.*
*Si sapis, ô pater, hęc signa reconde sinu:*
*Quin age, quemque voles habeat tua nata maritum,*
*Quem noles, generum vel dabit illa tibi.*

## *Par les meurs cognoit-on les humeurs.*

**M**Argot ayant au sein couvé vn oeuf, fretille,
En mere se nommant. Iean marie ta fille,
Vn gendre, qui te plaist, bien tost te faut choisir;
Ou ta Margot prendra mary a son plaisir.

## Ex signis, fvtvra.
## XL.

**P***Atri*, *annè nupturiat filia, secum deliberanti*, *testimonijs longè petitis neutiquam opus est*; *oculi*, *supercilia*, *vultus denique totus, sermo quidam tacitus mentis est*, *ait Cicero*, *&*, *vt Poëta*,

> Ex tacito vultu scire futura licet.

*Posthumia*, *virgo Vestalis*, *de incestu caudam dixit*, *ob suspicionem elegantioris cultus, ingeniumque liberius*, *quam virginem deceret. Vt Livi. & Plutarch. testantur. Ex vultu*, *ex cultu*, *ex incessu*, *imò & sermone, qui saepe incautis excidit*, *praejudicialem de moribus totâque vitâ quaestionem Veteres instituisse, satis patet: Loquere, inquiebat Socrates ad puerum, vt te videam; speculum enim animi*, *sermo est. Concludam*, *cum Hieronimo, pro signo, inquit, interioris hominis sunt verba erumpentia; libidinosum*, *qui sua vitia callidè celat*, *interdum turpis sermo demonstrat. Vultu & oculis dissimulari non potest conscientia*, *dum luxuriosa ac lasciva mens elucet in facie*, *& secreta cordis*, *motu corporis ac gestibus indicat. Plura de indicijs filiae ad nuptias properantis*, *vide in quinto ac sexto Emblemate Libelli nostri de Officio Virginis in cast. amor.*

**E**en vader willende ondersoucken of sijn dochter het hooft na t'hou wen begint te hanghen, en behoeft de bewijs-redenen van sulcx by stoelen en bancken (soomen seyt) niet te gaẽ soecken, hy en houft maer te letten of den doeck nae de vryer begint te staen, dat is, hy en dient maer acht te nemẽ op haer manierẽ van doẽ. de oogen, woorden, ende het wesen selfs sijn als geduerige boden, en stilswijgende getuygẽ des hertẽ, seyt Cicer.

> *Wt het trecken van de mont*
> *Kent men dickwils 's herten gront.*

Ovidi. Posthumia, een vande Nonnẽ vande God dinne Vesta, is van oneere verdacht en beticht gewerdẽ, alleenlie om haer geestige cleedinge wille, en overmits sy wat vry moediger vã gelaet was, als sodanigen maecht wel betaemde. Eenige vãde oude hebbẽ uyt ymants uytterlijck gelaet, en insonderheydt uyt sijn woorden, over des selfs gheheele leven wel derven vonnis strijcken. Spreect seyde Socrates tot den Iongeling, op dat men sien mach wat gy voor een zijt. S'menschen reden, is een spiegel sijns harten. Siet hier van het 5. en 6. Sinnebeeldt in onsen Maechde-plicht.

Lucret.

> **V***T bibere in somnis sitiens cum quaerit*, *& humor*
> *Non datur*, *ardorem in membris qui stinguere possit*,
> *Tum laticum simulacra petit*, *frustràque laborat.*

Contr. 8. lib. 6.

**A***Pud Senecam virgo vestalis*, *quia hunc versiculum scripsisset,* Foelices nuptae*!* moriar, nisi nubere dulce est: *incesti postulatur: & in eam sic dicitur:* Foelices nuptę, *cupientis est.* Moriar nisi, *affirmantis.* Dulce est, *quam expressa vox! quam ex imis visceribus emissa! Incesta est, etiam sine stupro, quae stuprum cupit.*

## *Al setm' een puyt hoogh op een stoel,*
## *Sy springt al vveder na de poel.*

**T**Er wijl den aep recht op, bycans met menschen schreden,
Ginck op de maet van 't spel heel deftich henen treden,
Wierp yemant by gheval wat noten in den hoop,
Den aep, met dat hy't siet, tijd' haestlijck op de loop,
En oft den meester speet, en oft hem heeft verdroten,
De sim loopt vanden dans, en grabbelt naer de noten.
Wat batet offmen schoon vuyl volcxken brengt ter eer?
De simme blijft een sim, en gaet haer ouden keer.

## Semper in antiquum sordida corda ruunt.

**S***Jmius è silvis mediam perductus in vrbem*,
*Ad cytharam choreas ducere doctus erat:*
*Jamque salit, comitesque simul*, *spectante popello*,
*Jn medios sparsę cum cecidêre nuces:*
*Jlle videns quod amat, frustra indignante magistro*,
*Jn sua vota ruit*, *deseruitque chorum.*
*Nequidquam viles animę tolluntur in altum*,
*Simia*, *quidquid agas, simia semper erit.*

## *Au vilain, honneur en vain.*

**L**E singe au lieu d'aller au bal, & la cadence,
Courir apres des noix se vilement avance.
Fay grand, tant que voudras, vn gueux ou vil cocquin,
Il panchera tousiours a son vieil chemin.

## Vsqve recvrret.
## XLI.

**Ij**, *quibus de administris principi eligendis diligens tractatus est*, *inter caetera, bonos bonis prognatos*, *honestâque familiâ oriundos praecipuè assumendos inculcant. Fortes quippè fortibus creari, melioresque melioribus propagari*, *secundùm naturam putant*; *Animi vilis in viro principe inditium esse*, *viles sibi adhibere*, *inclamant. Magnos libertos certissimum non magni principis argumentum esse*, *confidenter pronuntiat Plinius. Quid ita? quia fortuna*, *vt inquit ille*, *non mutat genus*; *& difficile omninò insitam homini naturam honoribus superare. Erepent*, *imò erumpent haud dubiè etiam in medijs saepe splendoribus agnatae aut innatae sordes, & identidem aliquâ parte sese exeret plebeia humilitas. Asellum*, *licet exuvijs leonis bestiam hinc inde deligenter obducas, nunquam tam exactè velabis*, *quin alibi identidem emergent infames auriculae. Bene ergo Poëta*,

**D**Ie haer werck maecken van de Princen voorte schrijven, wat voor dienaers de selve ontrent haer behooren te ghebruycken, meynen datmen niet dan goede en van de goede ghecomen, daer toe behoort te voorderen: oordeelende dattet natuerlijck is, datter vroome van vrome hercomen; en dattet een teyken is van een leech ende onvorstelijck gemoet, slecht en gering volcxken ontrent sick te lijden. Ten moet geen groot-moedich Prince wesen, die een hoop vry-ghelaten slaven groot maeckt (seyt Plinius) En waerom dat? groote staten en veranderen niemandts geslachte*;* den ingeboren aert en wert nimmermeer door eerampten wech-genomę, de vilsicheyt sal altijdt hier off daer, selfs dickwils alsser meest eere te cavelen sal zyn, ergens uyt-puylen, ende haer laten sien*;* want, schoon ghy een ezel met een leeuwen huyt wel ter keure om en d'om poogt te bedecken, hoe behendelick ghy dat oock sult meynen te doen, soo salder noch evenwel hier off daer een ezels oore uyt kijcken.

Horat.

> **N***Aturam expellas furcâ*, *tamen vsque recurret*,
> *Et mala perrumpet furtim vestigia victrix.*

Menand.

> *Natura omnibus doctrinis imperat.*

## *Bly metten blijden.*

**E**En welghestelde luyt wert, als met vreucht, bewoghen,
Wanneer een ander snaer soo hooch wert op-ghetoghen,
Als hare snaren zijn. Wert yemant, soo als ghy,
Verciert met goet off eer*;* weest met u naesten bly:
En, sijdy recht van aert, wilt tot u wel ghenoeghen,
Wanneer't is tijt en stont, behulpsaem handen voeghen;
Oock dickwils dees off die, van selfs, u dienst aenbiet.
Fy blyschap! die ontstaet uyt ander lien verdriet.

## Gaudendum cum gaudentibus.

**A***Pta chelys tremulo testatur gaudia motu,*
*Vt socię similem sentit inesse sonum.*
*Barbarus est, si quis mortalia corda flagellat,*
*Alterius lętâ conditione, dolor.*
*Disce tuas lachrimas lachrimis miscere sodalis*,
*Quisquis es*, *alterius gaudia disce sequi;*
*Nec satis hoc*, *sed sponte iuva*, *sed provehe coepta*,
*Et facilem placidis vultibus adde manum.*

## *Au jour de feste, ne fay la beste.*

**T**V verras resiouir du luth la chanterelle,
Lors quant vn autre luth en son s'accorde a elle.
Soyez joyeux au coeur, prestez la bonne main
A la commodité & joye du prochain.

## Cvm gavdentibvs gavdendvm.
## XLII.

**N***Ihil magis inhumanum est, quàm ex malo alterius boni aliquid sibi augurari, & nunquam, nisi ex luctu alieno, gaudium sentire. Nihil magis aequum quàm alterius gaudio affici; nihil justius, quàm hominem gaudere si benè agi cum homine videat: nihil magis humanum, quàm iniquis hominum casibus homines ingemiscere. Vtque sinistrarum partium ictus redundãt in dexteram, ita nos civium nostrorum, commodis & incommodis oportet affici. Congratulandum est, inquit Libavius, amicis, cum praeclarè cum ipsis agitur; contrà condolescendum est, si dolore afficiantur: nam quibus infortunia civium voluptati sunt, non intelligunt fortunae casus omnibus communes esse.*

> O miseros! quorum dolor est, alienа voluptas:

*O miseros! inquam, quibus*

> Risus abest, nisi quem visi movêre dolores.

**D**Aer en is niet min menschelijck, als, uyt eens anders quaet, yet goets te verhoopen, en uyt eens anders droefheydt, blyschap te scheppen. Daer en is niet heuscher, als verblijdt te zyn in eens anders blyschap, niet beleefder, als dat een mensche sick verheughe, wanneer het een ander mensche wel gaet: niet menschelijcker, als het suchten vanden mensche, als het een ander mensche tegenloopt. Want ghelijck een slach inde slincker syde ontfanghen, oock de rechter syde des lichaems ontset, Soo behooren wy beweecht te zyn, met den voorspoet off teghen-spoet van ons even mensche. En dat soo verre (ghelijck Bernard. seydt super Cant.) dat wy ons meer behooren te verblyden, als onsen naesten een groot, dan als ons selfs een cleyn voordeel aencomt. Het welck naedemael betracht moet werden, hoe verre een redelijck ghemoet van haet en nijt moet afwijcken, can yder een, uyt t'gunt voorschreven is, lichtelijcken af nemen.

*Ach! hoe ellendich is den man,*
*Die nimmer vrolijck wesen can,*
*Dan als een ander is beducht,*
*Off in benautheyt leyt en sucht,*
*Ach! hoe ellendich is den mensch,*
*Die als een ander crycht zijn wensch,*
*Van spijt, zijns herten-bloet verteert.*
*O Heer! dees plaeg' doch van ons weert.*

Bernard. in Cant. Serm. 49.

**G***Audendum in bono alieno magno, magis quam in proprio parvo. Id cum agendum sit, quam procul a livore debeat recedere aequus animus, facile quivis colliget.*

## *In s'Princen hoff, vvort gout tot stoff,*
## *En stoff tot gout, vvee! die'r op bout.*

**D**Odon' u seltsaem nat door, ick en weet wat, streken
Can blussen uyt dat brant; dat niet en brant, ontsteken.
Seght doch eens, mijn Vernuft, en helpt ons uytten droom,
Leert watter voor een leer, onstaet uyt desen stroom.
Dees coninclijcke* beeck beelt aff de vreemde rancken,
Die veel-tijts, soomen siet, in Princen hoven wancken:
Hier maectmen glans van damp, een Ioncker van een guyt:
En, die eerst schoone blonck, die gaet sijn keersjen uyt.

## Fons Dodonae, aula.

**M***Jra tuis* (*ita fama canit*) *Dodona scatebris*
*Prosilijt graio lympha sacrata Jovi,*
*Haec solet accensos extinguere fontibus ignes*,
*Nec minus extinctas igne ciere faces.*
*Regis habet genium*, *Regi sacra lympha deorum,*
*Dodonae procerum limina fonte madent.*
*Clara tenebrosis, illustribus aula tenebras*
*Mutat*, *& alternas gaudet habere vices.*

## *A la court du Roy, grand desarroy.*

**V**Eus tu scavoir, Amy, que c'est l'eau de Dodone,
C'est ce que font couler les Princes de leur throne.
Le roturier vilain splendide tost devient,
L'illustre cependant son lustre ne retient.

* Ick spreke also, overmits dese beeck Iupiter den Coninck der Goden (so de Poëten schrijven) toe-gheeyghent.

## Fons dodonae avla.
## XLIII.

**Q***Vinaturae arcana scrutati sunt, Asinas per omnem vitam gignere tradiderunt, nec vnquam provectae adeo aetatis fieri*, *quin partui partum identidem accumulent. de homine ambitioso simile quid dici posse*, *nemini*, *cui id vitij innotuit*, *obscurum est. Adepti aliquid inexperti boni (ait Tucyd.) semper*, *propter praesentẽ ex inopinato prosperitatẽ, plura sperantes, majora concupiscunt. Notantur hanc ob causam plerique principum*, *quod nimis effusè*, *& celeriù*, *quàm par est*, *honores*, *in eos quibus favent*, *conferant*, *quos non nisi carptìm ac paulatím depromere*, *magis consultum est*: *idq*; *duplici ratione, primò, ne merces totius diei summo manè, wel circa meridiem exsoluta, reliquum lucis non justo labore, sed ignaviâ*, *consumendi occasionem praebeat. Secundò*, *ne quis exquisitis honoribus tempestiviùs decoratus*, *identidem ad altiora enitens (prout mores sunt ambitionis) tandem majora*, *quam par est*, *audeat*, *& res novas moliatur. Corrumpuntur enim homines magnitudine honorum*, *nec cuiuslibet est*, *in rebus tam prolixis*, *magnam fortunam concoquere*, *inquit Dio.*

**D**E ghene die de geheymenissen der natueren ondersocht hebben, schrijven dat d'Eselinnen (hoe ont sy oock zijn moghen) altijdt noch jongen voortbrengen. (En vraechter noch yemant van waer al de Ezels comen?) Van eergierighe menschen yet sulcx geseydt te connen werden, weten alle de ghene, die den aert van dit ghebreck bekent is. Elck (seyt Tucyd.) die eenich onverwacht geluck aencomt, is gheneghen altijt nae meer te trachten. Hierom verloopen hun veel Princen, midts de selve ghemeenlijck te grooten weerdicheden al te schielijck, en veel te vrouch, aen haer Troetel-kinderen toe-voughen: de welcke veel beter allenxkens en met tusschen-val van tijde dienden uyt-ghegheven. Om verscheyden redenen ende dat eerstelic, op dat den loon des geheelen daechs des morgens vrouch betaelt zijnde, het overighe vanden dach in luyernie niet deurgebracht en soude worden. Ten tweeden, op dat niemandt te vrouch al te hooge gheset zijnde, en altijt (naer de wijse vande eergierighe) verder willende gaen, eyntelijck niet hooger dant betaemlijck is, en soude opstijgen, en nieuwicheden ter handt trecken. De menschen (seydt Dion.) werden veeltijdts door te groot en eere diemen hun aen doet, buyten de palen van hun schuldighen plicht wech-gheruckt, want voorwaer ten is alle mans werck niet, grooten voorspoet en uyt-muytende eer-ampten te connen verdouwen.

Senec. Agamem.

**I***Vra pudorque*
*Fugiunt aulas,*
*Sequitur tristis*
*Sanguinolentâ*
*Bellona manu*;
*Quaeque semper*
*Vrit Erynnis*,
*Tumidas semper*
*Comitata domos,*
*Quas in plano*
*Quaelibet hora*
*Tulit ex alto.*

Salust. Iugurt.

**R***Egum volunptates vt vehemẽtes*, *sic mobiles sunt*, *saepe sibi ipsi adversae.*

Pierr. Math. lib. 2. Nart.

**I***L faut a la court*, *comme en pais d'ennemy*, *avoir l'oeil par tout*, *tourner la teste a tout ce qui se remue: jamais on y est sans batement de coeur.*

## *Heefts' een man, soo scheyter van.*

**I**Ck heb, door soete min, mijn lief tot my ghetoghen,
Ick voughde my tot haer, sy quam tot my gheboghen:
Dies zijn wy twee nu een, en daer en schort niet meer
Als van den ouden boom te scheyden metter eer.
Dees teere spruyt heeft selfs om wegh te zijn verlanghen,
Nu swangher, van de vrucht uyt mijnen schoot ontfanghen,
Kè laet ô oude stam ('t is tijt) laet ons nu scheên,
Ick mercket, jonck en out en dient niet langh by een.

## Vxor in mariti domicilium transeat.

**C***Jngat iô myrtus, tegat ô! mea tempora laurus,*
*En! cubat in nostro dulcis Amica sinu:*
*Jlla meo tandem cum pectore pectora junxit,*
*Eq́ue meo gremio pignus amoris habet.*
*Aspice*! *quę caris comes vsq́ue parentibus haesit,*
*Jam patriâ mecum vellet abire domo:*
*Da veniam genitrix; alij placuêre penates,*
*Non bene cum senibus lęta juventa manet.*

## *Jeunes gens, a leur despens.*

**V**Oicy*!* ces deux sont vn*;* dont ceste ieune branche,
Desià du troncq vieil voudroit bien estre franche,
Gens d'aage sont chagrins, le ieune coeur gaillard,
Il faut a chacun d'eux laisser leur cas apart.

## Sit nvpta mariti.
## XLIIII.

**T***Ametsi & nuptialis festivitas intervenerit*, *& factum sit quod novae nuptae fieri solet*, *aliquid nihilominus deesse sibi novi conjuges putant*, *quamdiu è laribus paternis in domum sponsi nova nupta deducta non sit, ibique, quod Veteres dicebant, dominium inceperit: Mulierẽ enim, nisi domo patris exiverit, in mariti potestatem non venire multis creditum est*; *idque apud plurimas nationes ita observari, testatur Cypraeus tract. de spons. cap. 5. Cum verò plerumque juveniles blanditias recèns conjugatorum aegrè ferant morosi senes*, *non mirum est*, *si ad plenam matrimonij quasi-possessionem maritus novus aspiret, & vxorem (ipsâ minimè repugnante) à parentibus vindicet*, *inque domicilium suum transferat. Cui si fortè repugnent*, *vt fieri solet, novae nuptae parentes, lepidè pro sese hunc juris textum inducet:* Arbor eruta, & in alio fundo posita, vbi coäluit, agro cedit: nam credibile est, alio terrae alimento, aliam factam. l. sed si meis tabulis. vers. arbor. ff. deadquir. rer. domin.

**O**F al schoon de bruyloft-feest ghehouden is, en dat de Bruydt haer morghen-gave ontfanghen heeft, even-wel nochtans soo schijnt het, als off de Nieu-ghehoude yet wes noch onbraecke, soo langhe de Bruydt van haer Ouders niet ghescheyden, en in des Bruydegoms huyshoudinghe niet over ghegaen en is. Want, ghelijck den quelliken ouderdom der Ionge-luyden soeticheden en sot ticheden niet wel en can verdraghen, Soo en ist niet vreemt dat de Gelieveren haer hoff liever op haer eyghen handt soecken te houden. Veel wijse luyden oordeelen sulcx, uyt goede huyselijcke bedenckinghen, oock verre het beste te zijn, op dat de selve in het huywelijck getreden zijnde, vanden beginne aen, de handt aenden plouch souden leeren slaen, en poot aen (soomen seyt) souden leeren spelen. Siet van dit Macrob. 1. Satur. cap. 15.

*Soo u dochter dese daghen,*
*Is gheworden yemandts vrou,*
*Wilt u niet te seer beclaghen,*
*Soo u swagher comt ghewaghen,*
*Dat hy wel verhuysen wou.*
*Laet de nieu-ghehoude teeren,*
*Op haer eyghen cost, en dis*;
*Dat is doch al haer begheeren*;
*En sy sullen rascher leeren*
*Wat den aert van t'huw'lijck is.*

Macrob. 1. Satur. cap. 15.

**P***Rimus dies*, *inquit*, *nuptiarum*, *reverentiae datur, postridiè autem nupam in domo viri dominium incipere portet.*

Beust de Matr. cap. 66.

**M***Aritus potest de jure vxorẽ suam, quae sit alibi quam in domo suâ*, *vindicare*, *& ad hoc officium judicis implorare.*

Le Proverbe Francois dit:

**N***Id tissu & acheué,*
*Oiseau perdu & avolé.*

## *Noyt groot ghenough.*

**D**En crocodyl (hoe wel maer uyt een ey ghecomen)
Wast tot eẽ grousaem beest, en doet de menschẽ schromen,
Rooft, slockt ter zee, te lant, en wert ghestadich groot,
Tot dat den slocker in-gheslockt wert van de doot.
Dit is den rechten aert van gierich, en eer-gierich*;*
Den desen haeckt na staet, den dien is altijt vierich
Naer gelt en goet, tot dat hem treft de laetste pijn:
Hoe yemant grooter is, hoe hy wil grooter zijn.

## Non modus augendi.

**C***Vm*, *crocodile*, *tibi pręcordia vasta replevit*
*Pręda petita solo*, *pręda petita salo,*
*Crescis*, *& exiguo quamvis progressus ab ovo*,
*Exsuperat cubitos bis tua forma novem:*
*Jncrementa tibi non sistit anhela senectus*,
*Finis & augendi vix tibi funus erit*,
*Ambitiose tibi, tibi convenit istud Avare;*
*Scilicet augendi nescit vterque modum.*

## *Chiche jamais riche.*

**L**E corps du crocodil, bien que la mort le presse,
De devenir plus grand, du iour, en iour, ne cesse.
Qui ont l'ambition ou l'avarice au coeur,
Ne trouveront iamais vn accomply bonheur.

## Avgendi modvs omnis abest.
## XLV.

**P***Olybius aulicos assimiles dixit calculis abacorum*, *qui & secundum voluntatem calculatoris modò obolum aeneum*, *modò talentum valent: cum plerumque*, *vt videmus*, *superiores calculi*, *si latiùs sese extendant*, *ilicò in inferiorem locum redacti*, *nullo ferè sint numero. Gaudent plerique principum summos imos*, *imos summos reddere*, *& solo nutu quoslibet aut miseros*, *aut beatos efficere. Tota sane aulica haec comitia affectus dirigit, & fato quodam, ait Tacitus, ac sorte nascendi, vt caetera, ita principum inclinatio in hos*, *offensio in illos est, & saepe vnius causae diversi, imò contrarij eventus. Alexander pyratam*, *quod liberius in eum dixisset, a consilijs sibi esse voluit. Ramirus Hispaniarum rex vndecim viros nobiles*, *eâdem fere de causâ, gladio percunti jussit*, *addito elogio*; Nonsabe la volpeia, con quien trobeia. *Passus ergo hîc lubricus*, *& ad lapsum pronus: quid remedij? nullum aliud nisi Veterani istius*, injurias ferre, gratias agere.

**D**E Hovelinghen werden van Polybio verghelcken met reken-penningen, die naer de wille vanden rekenaer, somtijdts ponden, somtijdts penningen, somtijdts maer mijten en doen, en veeltijtds als de hoochste legh-penningen by hem wat re breet uytgeleyt zijn, soo cort hy die weder op, en leytse in een leegher plaetse neder. Voorwaer gheheel dese hoofsche verheffinghe hanght gansch en al aen den inval vande Princen: Want door seker heymelijck geluck, oft ongeluck valt der selver genegentheyt op dese, en hun onwille op de gene en menichmael uyt een en de selve oorsake rijsen verscheyden jae strijdige, werckinghen. Alexander maeckte een Zee-roover tot sijn raedts heer, om dat hy vry uyt, en leppich genoech op hem gesproken hadde. Ramirus daer en teghen dede, om ghelijcke oorsake, elf Edel-luyden vande beste des landts, de cop af-houwen, een quinck-slach daer by voughende, *t'Vosje en weet niet met wie het speelt.* seyde hy. T'is dan op dese padt gansch slibberich om gaen, gansch sorchlijck om te vallen. Wat raedt hier teghens? Gheen andere, als die vanden ouden hovelinck, den welcken gevraegt zijnde, by wat middel hy tot een selsaem ding (te weten tot ouderdom) te hove gecomẽ was, gaf voor antwoorde: *met onghelijck te lijden, en danck hebt toe te segghen.*

Boët. de Cons. lib. 2.

**Q***Vis tam compositae foelicitatis vt nõ aliquâ ex parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum conditio bonorum, vt quae vel nunquam tota perveniat, vel nunquam perpetua subsistat.*

Senec. Trag. 4.

> **Q***Vod non potest vult esse, qui ni-*
> *mium potest.*

Horat. Od. 24. Lib. 3.

> *.... Scilicet improbae*
> *Crescunt divitiae, tamen*
> *Curtae, nescio quid, semper abest rei.*

## *Spaert, manneken, spaert,*
## *Datter een ander vvel af vaert.*

**S**Oo lang'den ezel leeft, wert hem den rugh' versleten,
Door daeghelijckschen last, wat distels is sijn eten:
Maer steeckt hy eens de moort, sijn been wert tot een fluyt,
Dat levendich was stom, maeckt, na zijn doot, gheluyt.
Als Vaertjen heeft ghespaert, het Soontjen coomt ten lesten,
Dat schinckt, dat drinckt, dat klinckt, dat gheeftet al ten besten,
Dat singt, dat springt, dat vingt, dat voghelt, jaecht en vist,
Ontijdelijck verspaert, onnuttelijck verquist.

## Avarum excipit prodigus.

**D***Vm tibi vita manet, miserandę sortis aselle,*
*Non intermisso membra labore gemunt:*
*Jntereà tribulis & amarâ vesceris herbâ,*
*Vixque datur gelido fonte levare sitim:*
*Sed morere, infoelix, mox tibia festa sonabit,*
*Et tua pastor ovans ducet ad ossa choros.*
*Quaerat avarus opes, iam prodigus imminet hęres,*
*Qui malè congestas dilapidabit opes.*

## *De pere gardien, fils garde-rien.*

**T**Es iambes, par travail, te craquent, pauvre beste,
Et peu apres ta mort serviront a la feste,
Des flustes & haut bois. D'vn pere espargneur,
Sort ordinairement vn fils trop gaspilleur.

## Avarvm excipit prodigvs.
## XLVI.

**A***Lutarium piscem coenum fodere memorant*, *Sargum autem piscem, qui eum sequitur*, *excitatum pabulum devorare, vix aliter in vitâ humanâ sese res habere notatum est: homines nimirũ attentos ad rem*, *qui coenũ fodiendo*, *id est*, *vilissimis quibusque ac laboriosissimis ministerijs indies operam dare solent*, *Sargos sequi*, *id est*, *liberos vel haeredes plerumque habere ignavos ac prodigos*, *qui opes*, *multo cum sudore vix vnciatìm collectas, celerrimè diglutiant*, *nec rarò in vnius scorti marsupium effundant, atque ita vt Sen. verbis vtar) quidquid longa series multis laboribus*, *multâ Dei indulgentiâ struxit*, *id vnus dies spargit*, *ac dissipat*,

> Longique perit labor irritus anni.

*Bene igitur Sapiens Eccl. 2.18. Detestatus sum*, *inquit*, *omnẽ industriam meam*, *quâ sub sole studiosissimè labor avi*, *habiturus haeredem post me*, *quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit. Estne quidquam tam vanum? & tandem concludens*, *Nonne melius est*, *ait*, *comedere & bibere*, *& ostendere animae suae bona de laboribus suis? hoc etenim de manu Dei est.*

**D**En Seem-visch is ghewoon het slick om te wroeten, maer den visch Sargus (die hem veeltijts volgt) isser cnap by, en sloct het aes, dat een ander opgejaecht en bearbeyt heeft, gierichlijck int lijf. Het gevalt veeltijts so onder den menschen, dat nae een slick-wroetende Seem-visch, dat is, na een deunen en wreckigen spaer der, die uyt vuylheyt sijn goet te samen heeft gheraept, volcht een verteerende Sargus, dat is, een quistigen op-snapper, die het verspaerde goet, onnuttelijck door de billen slaet, en dickwils t'eender reyse inden schoot van een hoere off haer dochter uytstort, al wat met moeyte en commer in veel jaren by den anderen is versamelt. Den Wijse-man heeft dan wel gheseyt, Eccl. 2.18. *My verdroot alle mijns arbeyts*, *die ic onder de sonne hadde*, *dat ick dien eenẽ mensche laten moefle*, *die na my sijn soude*, *en wie weet of hy wijs of dul zijn sal?* Eyndelick besluyt hy, seggende *isset dan een mensch niet beter dat hy ete en drincke*, *en dat hy sijn ziele wel doe van sijnnen arbeyt? ja sulcx sach ick dat van Godes hant comt.*

Horat. Lib. 2. Od. 14.

> **A***Bsumet haeres caecuba dignior*,
> *Servata centum clauibus*, *& mero*
> *Tinget pavimentum superbo*,
> *Pontificum potiore coenis.*

Idem.

> **S***Ed quia perpetuus nulli datur vsus*, *& haeres*
> *Hae redem alterius, velut vnda supervenit vndam*,
> *Quid vici prosunt*, *quidue horrea*, *quidue calabris*
> *Saltibus adjecti lucani?*

## *Licht en svvaer, en dient gheen paer.*

**D**En aep, die niet en dient als om de geck te scheren,
Gaet met een teghen-aert, de schilt-pad van hem weren,
En schout dat sedich dier, dat staech blijft in sijn huys,
Om dattet niet en loopt, als ander wilt ghespuys.
Een maecht eerbaer en stil, bevalt gheen wulpsche gilde,
Ten is, gheen gheestich dier (seyt hy) soo ick wel wilde:
Maer hoort, ghy Venus wicht, en vry dees les onthout,
Die soetst zijn om te vrien, en dienen niet ghetrout.

## Apud leves, gravitas vitium est.

**S***Jmia saltatrix, & quę solet vsq́ue vagari*,
*Non secus ac pestem te, domiporta, fugit.*
*Lascivi iuvenes mores odêre modestos*,
*Castaque vesanus respuit ora puer*:
*Si qua puella loquax minus est*, *ea torva vocatur;*
*Et pudor*, *heu*! *nomen rusticitatis habet.*
*Stulte puer*; *petulans*, *audax, vaga, garrula virgo*,
*Sit licet apta foro*, *non erit apta thoro.*

## *Grave & leger ne loge ensemble,*
## *Chacun requiert, que luy ressemble.*

**T**V as en grand' horreur les meurs de la tortue,
Le singe est a ton gré, qui ioue par la rue*;*
Mais dames, mon amy, trop douces en amour,
En cas de marier ne trouvent pas leur tour.

## Apvd leves, gravitas vitivm est.
## XLVII.

**A***Dolescentes*, *vt hodie sunt mores*, *animum ad nuptias applicare occipientes*, *nihil ferè minus in puellis*, *quas ejus rei causä adeunt*, *requirere solent*, *quàm ea quae in convictu vsui futura sunt. Plerismque enim prae caeteris placere solet*, *si qua aut scitè canere*, *aut feslivè garrire*, *aut denique belle se comere noverît. Nec mirum*, *cum enim fervore aetatis lasciviant & ipsi juvenes*; *in habentibus symbolum*, *vt ait ille*, *facilior fit transitus: Et tamen juvenilia ista omnia*, *post annum vnum atque alterum*, *cum liberi alendi*, *aliaque onera matrimonij sustinenda sunt*, *statim evanescere*, *ac prorsus diversa*, *imò & contraria*, *non sine molestiâ ac dispendio rei familiaris*, *addiscenda esse*, *docet vsus. Quantò melius*, *mi Adolescens*, *oculos animumque dirigeres in virginem modestam*, *ac rei domesticae, melius quam saltandi*, *peritam? quae licet hoc tempore fortassis juvenilibus affectibus non tam arrideat*, *atque vna aliqua alterius istius generis*, *sanè tu brevi aliter censeas. Eos*, *qui in alias terras iter instituunt*, *vestem non pro more regionis*, *in quâ sunt*, *sed in quam abeunt*, *consicere nunquid vides? fac idem*, *& Vale.*

**D**E domme Ionckheydt, haer ten houweijck stellende (nae dat nu den loop des werelts is) en vereyst schier niet min inde dochters, die sy-lieden ten dien cynde be wandelen, als het ghene dat hun inde huyshoudinghe meest van noode is; alsoo dat veeltijdts die best singhen en springhen, spelen en quelen, toyen en ployen can, meest van allen wert aenghehaelt, sonder op het vorder eenichsins te letten. Vlen vliegen met ulen, seyt ons spreckwoordt: sy selfs door hitte vande jeucht ydel en licht zynde, vergapen haer lichtelijck aende ghene die hun hier in alder-naest by comen. En even wel nochtans soo haest de opvoedinge der kinderen, ende andere lasten des houwelicx hun op den hals vallen, raeckt ghemeenlijck de Clave-cimbel, en al dat getéuier aen d'een syde: en al watmen meest gheacht heeft, comt minst te passe. Waret niet beter, ô soete Ieucht, dese dinghen in wat naerder bedencken te nemen? en hier in te doen, gelijck een voorsichtich man die een reyse nae vreemde landen aenvangt, die sijne cleedinghe niet en maeckt nae de maniere van t'landt daer hy nu is, maer van t'ghene daer hy haest meynt te comen? Letter op.

*Die een meysjen*, *om haer singhen*,
*Om haer springhen*, *heeft ghetrout*;
*'t Zijn voor eerst wel moye dinghen,*
*Maer als Noot begint te dringhen*,
*Is de liefde haest verkout.*

Horat.

**O***Derunt hilarem tristes, tristemque jocosi*;
*Sedatum celeres*, *agilem gnarumque remissi.*

## *Hoe datment deckt, het vvert vervveckt.*

**A**Ls 'tstael eens heeft gevat des zeyl-steens wonder crachten,
Het roert dan (want het schijnt op desen steen te wachten)
Naer datmen roert den steen; dees cracht oock niet en flout,
Al steltmen tusschen beyd' een schot van eyken hout.
Wat pooght ghy u Gheweet int duyster te versteken?
Sy is, ô mensch, sy is, met Godes hant bestreken:
Daer is gheen schuylen aen; 't is hier van dat ghy drilt,
Oock, als ghy zijt alleen; oock, als ghy niet en wilt.

## Amota movetur.

**V***T tactus magnete fuit* (*licet assis vtrumque*
*Separet*) *in gyrum flectitur vsq́ue chalybs.*
*Nec Deus est, fateor, nec habet mens conscia numen*,
*Huic tamen ętherę portio mentis inest.*
*Hanc aliquis caecas pro tempore condat in vmbras,*
*Qui penitùs possit tollere*, *nullus erit.*
*Pectora nostra chalybs*, *divina potentia magnes*;
*Stare loco nescit mens*, *agitante Deo.*

## *Cacher ne sert.*

**L**'Aymant est Dieu, l'acier de nous la conscience
Laquelle n'est pas Dieu, mais du ciel la semence:
Empesche qui voudra, son cours pour quelque temps,
Dieu la tire au travers de tous empeschemens.

## Amota movetvr.
## XLVIII.

**Q***Vid hoc monstri est? scit nocens facinus in solitudine, semotis arbitris*, *in solum aliquem a se commissum: scit cadaver hominis a se occisi altâ terrâ obrutum scit animũ multis simulatio num involucris ab oculis humanis remotum*; *& ecce! tremit tamen*, *angitur*, *pallescit*; *& conscientiâ mentẽ anxiã vastat. Vnde hoc? a Deo*, *inquam*, *a Deo, est cui peculiare, obstacula removere, mentem movere. Egregiè Imperator in l. vlt. C. ad l. Iul. Majest. ex quo sceleratissimum quis consilium coepit*, *exinde quodammodò suâ mente punitus est.*

Continuò templum, ac violati nu-
minis aras,
Et quod pręcipuis mentem sudori-
bus vrget,
Te videt in somnis.....

*Mala conscientia tuta est aliquandò*, *secura nunquam*, *ait Seneca. Interest*, *imò inest, non actionibus modò hominum*, *sed & animis Deus*; *&*, *ut numisma impressam habet principis imaginem*; *ita homo Dei*: *eaque*, *si vspiàm*, *certe in conscientijs hominum quàm maximè elucet*,

Enanimum ac mentem! cum quâ
Dij nocte loquuntur.

**I**S T niet gansch vreemt ende seltsaem dat een misdadigen, wetende dat sijn rabauerie erghens in een bosch ofte op een heye, ende midtldien buyten de oogen van alle menschen, by hem is begaen gheweest, wetende dat het lichaem by hem vermoort, wel diepe onder de aerde is gheser, wetende dat hy sijn ghedachten in een besloten boesem draecht, Dat hy (seg' ick) evenwel t'elcken op alle voorvallen sittert en beeft, en by naest op het ruyschen van elck bladt het innersle van sijn ghemoet voelt ommeroeren, en grondelijck beweghen? Van waer comt dit? ontwyfelijck van niemandt, als vande hant Godes selfs, aen de welcke eygen is door alderley beletselen henen te dringen, ende het binnenste des menschelicken gemoets rontsomme te keeren, en crachtelijck te beroeren. So haest (seyt den Keyser Iustinianus) yemant voorghenomen heeft een schelm-stuck aen te rechten, soo haest heeft hy alreede, in sijn eyghen ghemoet, sijn straffe beginnen te dragen.

*Wie daer heeft een quaet ghemoet*,
*Slaept hy*, *waeckt hy, wat hy doet*;
*'t Quade feyt, by hem begaen*,
*Coomt ghestadich voor hem staen.*

Een quaet-doender (seyt Seneca) can somwylen wel vry zyn, maer nimmermeer vrymoedich. God is by ende aen den handel ende herren der menschen, en gelick der Princen gedaente gedruckt is op het ghelt, so Godes beelt in s'menschen ghemoet.

*Wanneer een mensch alleen vertreckt*,
*Off op sijn bedd' leyt uyt-gestreckt*,
*Dan wort hy dickwils seer bevreest*,
*Want God spreeckt dan met sijnen geest.*

Tertullianus.

**C***Onscientia potest adumbrari*, *quia non est Deus*, *extingui non potest*, *quia a Deo est.*

Senec. Epist. 96.

**Q***Vid prodest recondere se*, *& oculos hominum auresque vitare? bona conscientia turbam advocat*, *mala autem & in solitudine anxia est.*

## *Soo 't quam, soo 't voer.*

**A**Ls Rodope, wel eer AEsopi med'-slavinne,
Had gelt en goet by een gheraept, door geyle minne,
Ginck doen een pyramid' oprechten groot en hoogh,
Een costelijck ghebou, maer niet, als voor het oogh:
't Quam al van 't ydel oogh, 't oogh haddet al ghegeven;
't Oogh nam het weder al, 't oogh heeftet al verdreven;
Dat qualijck is vergaert, vergaet meest sonder vrucht:
Soo, als den rijckdom coomt, soo tijd' hy op de vlucht.

## Malè partum, malè dilabitur.

**C***Orpore cum Rodope*, *graijs invisa puellis,*
*Turpiter immensas accumulasset opes*;
*Quid tandem? è quęstu fit pyramis*, *ardua moles*,
*Alta cui vastus sidera lambit apex,*
*Sola viatori sed quę modo lumina pascat*,
*Nec recreat positis corpora lassa thoris.*
*Per scelus immensas quid opes cumulasse juvabit*?
*Turpiter è manibus res malè parta fluit.*

## *De meschant gain, thresor est vain.*

**L**'Insensé bastiment d'vn haute pyramide
A Rodope en fin rendoit la bourse vuide,
Laquelle avoit remply vn dishoneste gain*;*
Le bien en vanité conquis, se pert en vain.

## Male partvm, male dilabitvr.
## XLIX.

**V***T aër, qui summo manè praecociter absorbet nebulam, ferè ingentem pluviam a prandio solet emittere; ita is qui celeriter rem fecit, ac levi brachio lucrum, praesertim injustum, corrasit*

> Nunquam divitias nigrantibus inferet antris,
> Nec tenebris damnabit opes...

*At contra:*

> Praeceps illa manus fluvios superabit iberos
> Aurea dona vomens....

*Certissima enim videtur illa juris regula, vnumquodque vt colligatum est, ita dissolui. Idque vel in publicis, & rebus principum locum sibi vindicare, tradunt pragmatici. Nulla quaesita scelere potentia diuturna est, inquit Curtius. Nec quisquam imperium flagitio quaesitum bonis artibus exercuit, addit Tacitus. nec abludit Machiavelli illud,* Le cose, che si acquistano con l'oro, non si sanno diffendere col ferro.

**G**Elijck de lucht wanneerse smorgens vrouch de mist in haest intreckt, veeltijdts op den dach grooten regen placht uyt te geven: alsoo mede yemandt, die eenich onrechtveerdich ghewin als in haest heeft ingeslockt, plach het selve veeltijdts onnuttelijck door de vingheren te druypen, en tot gheen deech te ghedien. T'is een sekeren reghel inde rechten, dat alle dinghen ontbonden werden op de wijse gelijckse t'samen geraept zijn. En dese opmerckinge soo in s'landts als in huys saken veeltijts plaetse te hebben, leert d'ervarentheyt. Gheen macht doorschelmerie vercregen can langhe dueren, seyt Curtius. Een rijck by yemandt door oneerlijcke rancken becomen, en wert noyt by den selven eerlijck bedient, seyt Tacitus. Het slaet hier op dat Machiavel seydt, het gene yemandt met gout verrijckt, en is met yser niet wel te beschermen.

Plaut*:* Poenul.

> *Quod malè partum, malè disperit.*

Le Proverbe Francois dict.

> **B***Ien acquis par mauvais mestier*
> *Ne va point au tiers heritier.*

## *Condy niet gheven, soo hebdy gheen neven.*

**A**Ls ons de huyt van vet, van bloet de aders swellen,
Dan comen luys en vloo 'tghesonde lijff versellen*;*
Maer als het lichaem sterft, off wel in cranckheyt sucht,
Al dat gheselschap tijd in haesten op de vlucht.
Veel maegschap vindy wel en vrienden als met hoopen,
Soo lang' als het gheluck en kanse met u loopen,
Maer laet van teghen-spoet eens hooren het ghedruys;
Dan is de vrientschap uyt, dan isser niemant 't huys.

## Viri infortunati procul amici.

**D***Vm distenta cutis pinguedine*, *sanguine vena*,
*Sunt comites homini vermis*, *& atra pulex*;
*At simulac lentum mors congelat aegra cruorem*,
*Neuter adest; nec enim*, *quo foveatur*, *habet.*
*Blandus adulator nitido comes haeret amico*,
*Lenis honoratam dum vehit aura ratem:*
*Hunc videas*, *piceis cum sors tonat atra procellis*,
*Jn medio socium deseruisse mari.*

## *Aux pauvres gens, amys ny parents.*

**L**Es pous s'en vont de nous, prevoyants la ruine
De nostre corps; helas*!* noz gens font pauvre mine,
Quant le malheur nous prend, & laissent nostre huys:
Les malheureux par tout ont guere des amys.

## Viri infortvnati, procvl amici.
## L.

**M***Vres ruinam domus naturali quodam instinctu praenoscere, moxque solum vertere re ipsâ Melampum comperisse*, *&*, *ipsorum beneficio*, *salvum abijsse*, *memoriae proditum est. Cujus rei fides sit penes auctores. Nobis satis est*, *similitudine à muribus desumptâ*, *vulgarium amicitias lectori hîc depictas exhibuisse*, *quas haud dubiè*, *cum spe questus ac emolumenti factae sint*, *vtilitas commutata dissoluit*, *vt ait Arist. Facilè*, *ait idem*, *amicitia ob vtilitatem comparata dirimitur*, *nam vtile non idem permanet*, *sed aliud aliàs efficitur*: *At ea ne nomine amicititae quidem digna est*; *detrahit enim amicitiae majestatem suam*, *qui illam parat ad bonos casus*, *ait Seneca: nam sincerae fidei amici praecipuè in adversis rebus dignoscuntur*, *in quibus quidquid praestatur*, *totum a constanti benevolentiâ proficiscitur*, *ait Val. Max. Divitiae*, *inquit Salomon Proverb. cap. 19.4.*, *addunt amicos plurimos*, *a paupere autem & hi*, *quos habet*, *separantur.*

**D**at de muysen, door seker heymelijck ingeven vande nature, den val van de huysen, daer sy in sijn, con nen gewaer werdẽ, verhalẽ de schrijvers eenen Melampum metter daet bevonden te hebben*;* want sieck te bedde liggende, en siende de muysen met groote hoopẽ verhuysen, wiert daer door beweecht mede pack en sack te makẽ, eñ van daer te vertrecken, ontgaende also den val, die hem andersins, so 't scheẽ, soude getroffen hebben. Watter van sy, des gedragen wy ons totte waerheyt, genoech sijnde dat wy by de gelijckenisse vande muysẽ, die wankelbare en vervallige huysen mijden, af-beelden de vrienschappen vanden ghemeenen hoop des werelts, de welcke op hope van voordeel begonnẽ wesende, terstont alst anders gaet, gewoon sijn op te houwen. Goet maeckt veel vrienden, seyt Salomon, Proverb. 35. vers. 4. Maer den armen wort van sijne vrienden verlaten. Doch de sulcke en zijn den naem van vrienden niet weerdich, want (ghelijck Seneca segt) hy doet de weerdicheyt van de vrientschap te cort, die de selve maer in voorspoet en gebruyckt.

Lucan.

> **N***Vlla fides vnquam miseros elegit amicos.*

Plutarch.

**M***Vscae in popinis non manent, si desit nidor: Et vulgares divitum amici non perseverant si non sit vtilitas.*

## *Coomt niet tot yet, 't is elcx verdriet.*

**S**Oo haest de risp heeft af-geleyt haer swarte vellen,
Vlieght door geheel het huys, en gaet de menschen quellen,
Coomt ongenoot te gast, en om de lichten swerft,
Gaet nestelen in 't bont, en menich cleet bederft.
Als eenich slecht gesel tot eeren wert verheven,
Strax steect hy 't hooft om hoogh: elck dient voor hem te beven,
En denct niet wie hy was; maer steygert in de lucht,
Een die van cleyn, wert groot, maeckt sick te seer geducht.

## Stultitiam patiuntur opes.

**Q***Vae nigris ęruca diu fuit obsita pannis,*
*Ecce*! *novę formam papilionis habet:*
*Qiu prandebat olus vili modò vermis in horto*,
*Atria nunc regum per laqueata volat;*
*Jnfestatque dapes*, *funaliaque ipsa lacescit*,
*Jnque togis procerum sordida blatta cubat.*
*Ex humili fortuna jocans quem tollit in altum,*
*Omnibus elatâ fronte molestus abit.*

## *Jl n'est orgeil, que de pauvre enrichy.*

**C**E papillon estant n'a guere vn ver de terre
Aux vestemens royaux se maintenant enserre.
Iamais ne trouverez vn si facheux humeur,
Que d'vn petit galant monté & grand honneur.

## Stvltitiam pativntvr opes.
## LI.

**G**Hy claeght ons, Iaquelijn, en thoont u dus verbolghen,
Dat u staech, waer ghy gaet, de Venus Ianckers volghen,
En trachten na u eer: wel aen, ick weet u raet;
Leght af u wulpsch ghetoy, doet wegh u geil ghelaet*;*
Stelt deftich u ghebaer. Wy sien ontrent de roosen,
Soo langh die op hun steel aen-lockelijcken bloosen,
T'ghefliсker van de bien: het dorre bloemken rust:
Daer t'cleet is slecht en recht, daer woont geen dertel lust.

## Auferimur cultu.

**S***Curra pudicitiam ne quis tibi voce lacessat,*
*Consilium poscis saepe*, *Tryphoena*, *meum*:
*Adsit vbique pudor, cast ique modestia vultus*;
*Hac lasciva manus sistitur arte proci.*
*Multa vagatur apis*, *denso strepit agmine crabo*,
*Dum rosa purpureo flore superba nitet*;
*Condat opes*; *aliò mox turba molesta volabit,*
*Et sua mella rosis intemerata manent.*

## Eccl. 11.4.
## *Ne te glorifie point en parures d'accoustrements, & ne t'esleve point au iour de la pompe.*

**L**A fine mouche-a-miel, & le desir lubrique
S'en vont d'vn pas esgal, pareille est leur practique*;*
L'abeille ne s'assit sur langoureuse fleur:
Le fol amour ne touche a ceux d'vn humble coeur.

## Avferimvr cvltv.
## XXXII.

**E***Sto cultu modicus* (*ait ex antiquis aliquis*) *sermone facilis*, *ore probo, animo verecundo. Honestum sanè ei vile est*, *inquit Romanus Philosophus*, *cui corpus nimis carum est. Hinc virgines Vestales, elegantiori cultu ac vestitu decoratas, in suspicionem invisae virginitatis vocatas olima Romanis fuisse, lègimus. Iudicabant enim viri prudentissimi non modò tacitum judicium mentis non satis pudicae, verùm etiam apertum lenocinium vestibus inesse, quo lascivi juvenum oculi allicerentur, ac in libidinem raperentur; vt enim hederam suspensam vini venalis indicium, ita cultum immodicum pudicitię, arbitrabantur. Dicamus ergo, turpe Christiano esse, cum animam habeat*, *captare laudes ex corpore.*

**W**Eest (seyt een vande Oude) matich in cleedinge, gemeensaem in spraecke, heus van monde, eerbaer van herten. Die te veel hout van sijn lichaẽ, hout weynich vãde eerbaerheyt seyt Sen. De Nonnẽ vãde Goddinne vesta wierden byde Romeynẽ in verdachtheyt gebracht van oneere, soo haest de selve eenige uytwendicheyt in hare cleedinge bestonden te bethoonẽ; want sy oordeelden dat het uytmuytende cieraet, niet alleen lijc was een stilswygẽde teykẽ van eẽ wulps gemoet, maer selfs een openbare aẽlockinge van alle dertele oogen: want gelijck het uythangen van de veyl-cranssen voor de Herbergen, een teykẽ is datter wijn te coopẽ is, soo meynden sy dat een uytwendich cleet een peyl was van veyle eerbaer heyt. Laet ons dan besluyten, datter voor een Christen niet en voucht, eere te soucken uyt de vercieringhe des lichaems, ter wylẽ hy wat anders heeft dat met beter reden by hem behoort verciert te werden, namentlijck sijne Ziele.

1 P E T R . 3.

***M****Vlierum ne sit extrinsecus capillatura*, *aut circundatio auri.*

T H E O P H R A S .

***M****Vlier nec alios videre*, *nec ipsa videri debet, si eleganter ornata*, *utrumque enim ad res inhonestas incitamentum est.*

## Philip. 3.19.
## *Daer vvandelen vele, vviens God den buyck is, de vvelcke aerts ghesint zijn.*

**W**Anneer den Crocodil sijn hollen muyl doet open,
Den Trochilus die comt terstont daer in ghecropen*;*
  En t'wijl het yslijck beest van satheyt rispt en braeckt,
  Het voghelken, met angst, sijn tanden schoone maeckt,
Al om een weynich aes: waert niet een soeter leven,
Te nutten slechter spijs, en vry door t'wout te sweven?
  Den mensch stelt lijf en ziel tot s'duyvels vuyl ghebruyck,
  En dat (ô schand!) alleen tot dienste van den buyck.

## O prodiga rerum luxuries!

**D***Vm satur, ad fuluas Nili Crocodilus arenas,*
  *Turpiter eructans littora vasta quatit,*
*Regulus ore trahens haerentes dentibus escas,*
  *Relliquias pretium vile laboris habet.*
*Nonne foret melius nulli servire tyranno,*
  *Perque nemus victu liberiore frui?*
*Turpe ministerium satanae pręstamus, & orbi,*
  *Vah pudeat! solus pręmia venter habet.*

## Proverb. 9.17.
## *Les eaux desrobées sont douces & le pain prins en cachette est plaisant.*

**A**S tu doncq, pauvre oiseau, la bouche si friande,
Que tu vais t'hasarder, pour si peu de viande,
  Prostituant ton corps au monstre si hideux?
  Qui sert aux appetits, ô qu'il est malheureux*!*

## O prodiga rervm lvxvries!
## XXXIII.

**S***I, quoties cibum sumimus*, *non voluptatis potiùs*, *quam valetudinis negotium ageremus*, *atque ibi desineret cupiditas*, *vbi finitur necessitas; sanè nec patrimoniorum exitium culina*, *nec animorum pernicies foret gula. Avem aliquam (vah dementiam!) millies pascimus, vt semel ab eâ pascamur; quod verò aeterni alimenti occasionem liberalissimè nobis offert, vix potu frigidae dignamur. Terram*, *ac mare scutamur, vt cibis exquisitis corpus saginemus*; *vt animae benè sit, vix aliquis seipsum inspicit. Ecquid homine magis indignum, quam ventrem, & quae ventri vicina sunt*, *tanquam pro Deo*, *habere? Sapientia in sicco habitat*, *inquit ille*, *non in paludibus, aclacunis. Fundi nimio humore diffluẽtes nil ferè praeter bufones, ranas ac hydros generare solent, ut potè frugibus ferendis inutiles. Venter mero aestuans, inquit Hieron. despumat in libidinem. Abstinentiam*, *vt corpori bonam, laudat Medicus*; *vt ingenio*, *Philosophus*; *vt animae*, *Theologus*, *si omnibus & singulise, benè velimus, ipsa colenda est.*

**I**Ndien den mensche, ter wylen dat hy besich is met eten en drincken, niet meer sijn lusten als den noodtdruft, en sochte in te volghen, ende dat de begeerlijckheyt altijts ophielt met den hongher: voorwaer hy en soude niet beschadicht werden, noch door de keucken in sijn goet, noch door de gulsicheyt in sijn ghemoet. Wat een dwaesheyt! men spijst een vogel duysentmael, al om eens vande selve ghespijst te werden: ende aen het ghene, dat ons voor eeuwich soude connen spijsen, en weetmen nauwelijcx een coude soep water te wille. Men doorsnuffelt lant en zee om het lichaem met alderley leckernien vet en dick te maken, en middeler tijdt en neemtmen nau eens de pyne sijn eygen selfs recht te ondersoucken, op dat de ziele haer rechte becoomste hadde. Sekerlijc hy bethoont hem der zielen onwaerdich te zijn, die meer op heeft met sijn lichaem, als met haer te konsteren. Wat vouchter doch een mensche minder als den buyck, ende t'ghene den buyck nabuerich is, als voor een God te achten? De wijsheyt (seyter een wijs man) woont int drooghe, niet in poelen off morassen. Al te vochtighen landen, brengen niet als puyten en padden voort, als onbequaem zynde tot goede vruchten. Den buyck opwallende van overdadicheydt, werpt niet uyt als schuym van oncuyscheyt. Den Medecijn leert sparicheyt goet te zijn voor het lichaem: de Wijs-gierige, voor het verstant, de Leeraers der Godheyt voor de ziele. Willen wy alle ende yder vande voorschreven dingen goet doen, laet ons met maten sparich zyn.

Innocent. de Vil. Vitae Hum.

***G****Vla Paradisum clausit*, *primogenituram vendidit, suspendit pistorem, decollavit Baptistam: Nabuzaidam princeps coquorum templum incendit, & Ierusalem totam evertit*, *Balthasar manum contra se scribentem conspexit in convivio, & eâdem nocte interfectus est a Chaldaeis.*

## 1 Pet. 5.8.
## *VVeest nuchteren, vvaeckt; vvant de Duyvel, gaet om u soeckende vvie hy verslinde.*

**W**Anneer den Eghel wil het velt van muysen ruymen,
Dan wert hy als een cloot, en leyt soo op sijn luymen,
Int middel van den bol verthoont hy als een cuyl,
Een muysen-hol ghelijck, maer binnen schuylt sijn muyl.
Het muysken, na sijn aert, heeft vreught in duyster holen:
Dit weet (soo t'schijnt) dit dier, en doet de muys soo dolen.
Den duyvel gaet verspien eens yders lieve sond,
En lockt den mensch daer deur tot in der hellen gront.

## Obiecta movent.

**F***Jt globus, insidias muri dum tendit Echinus;*
*Et jacet immoto corpore fusus humi,*
*Os latet in medio, quod dum putat esse cavernam*
*Musculus, ad socios non rediturus*, *init.*
*Cum vitium, quod quisque colit*, *rex calleat Orci*;
*Jllius obiectu pectora nostra trahit.*
*Lurco cibi capitur*, *vinosus imagine Bacchi;*
*Virginis aspectu mota libido furit.*

## 2 Corinth. 11.3.
## *Je crains qu'ainsi que le Serpent a seduit Eve par sa ruse, semblablement en quelque sorte vos pensées ne soyent corrompues.*

**L**E Satan est trompeur, tout d'vne mesme ruse,
Dont les souris aux champs le Herisson abuse:
Il scait bien quel peché chacun caresse au coeur,
Par lá il nous assaut. O*!* garde le malheur.

## Obiecta movent.
## XXXIIII.

**I***Nternas animi cogitationes diabolum non videre, certi sumus, inquit Augustinus; secreta enim cordis ille tantùm dijudicat, ad quem dicitur*; Tu solus nosti corda filiorum hominum: *Eum tamen ex indicijs signisque exterioribus naturales hominum inclinationes probè callere, satis perspicuum est; idque vel ex eo facilè colligitur, quod tam artificiosè laqueos pro cuiusque ingenio norit disponere. Non eodem astu omne genus piscium aggreditur piscator, sed pro palato cujusque escam praeparat. Non vno modo avem fallit auceps, sed has fistulâ, illas laqueis, alias visco. Generis humani adversarius vniuscujusque mores, & cui vitio propinqui sint, intuetur (vt verè Ambros.) ac talia homini, objicit, ad quae facilius cognoscit inclinari mentem; vt blandis ac laetis moribus luxuriam, vanam gloriam, & similia, asperis mentibus iram, superbiam, ac crudelitatem proponit. Quid agimus vt hosti tam callido ac calido resistamus? Certè cũ nobis sit colluctatio adversus principes, potestates, adversus spiritualia nequitiae, adversus arma diaboli quid restat nisi vt, induamus armaturam Dei. Ex consilio Apostoli Eph. 6.11.*

**W**Y zyn des seker (seydt Augustinus) dat den duyvel de innerlijcke ghedachten des menschen gheensins en weet: want de geheymenissen des harten, sijn dien alleenlijck bekent, tot welcken gheseyt is; Ghy alleene kent de ghedachten der menschen kinderen. Dat noch tans aen onsen vyandt de natuerlijcke beweginge van yder mensche, door het uytterlijck ghebaer, bekent is, can selfs daer uyt afghenomen werden, dat hy soo doortraptelijck zyn laghen weet aen te legghen, naer eens yders innerlijckste ghenegentheden. De Visscher en vanght niet alderley visschen, met eenderley aes. Den Voghelaer weet schier elcken voghel met een sonderlinghe grepe te verrassen. T'gaet mede soo met onsen vyandt. Den duyvel (seyt Ambrosius) weet nae te spooren tot wat sonde yder van ons meest geneghen is, ende daer nae leyt hy zyn laghen aen. Den blymoedighen sal hy ghemeenlijck comen bespringhen met vleeschelijcke lusten, ydelen eer-sucht, ofte diergelijcke sonden: De gene die harder van aert zyn, met gramschap, hooehmoet, ofte wreetheyt. Wat raedt? sekerlijck na de mael wy te doene hebben tegens Overste, tegens Machten, tegens gheestelijcke Boosheden*:* int corte, teghens de wapenen des duyvels, wat isser beter te doen als aen te doen de wapenen Godes?

*Na ons sinnen zyn gheneghen,*
*Coomt den Duyvel ons beweghen:*
*Ionck gheselschap vol van bloet,*
*Brengt hy wellust int ghemoet:*
*Drouve herten coomt hy quellen*
*Met wan-hoop, en vrees' der hellen:*
*Zijdy gram, hy dringt u voort*
*Tot een doot-slagh, off een moort.*

GREG. LIB. 29. MORAL.

*Prius complexionẽ vniuscuiusque Adversarius perspicit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius namque laetis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quò ergo adversarius occultis facile capiat, vicinas complexionibus deceptiones*

*parat*; *& quia laetitiae voluptas proxima est*, *laetis moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia in iram facilè labitur, tristibus poculũ discordiae porrigit*: *Etquia timidi supplicia formidant, paventibus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudibus conspicit*, *eos ad quaecunque voluerit blandis favoribus trahit.*

## Heb. 12.8.

***Ist dat ghy-lieden de castijdinghe verdraecht, God sal u als kinderen aengaen, maer ist dat ghy-lieden sonder castijdinge zijt, soo zijt ghy dan bastaerden ende niet kinderen.***

**A**Ls t'yser leytint vier ten maeckt dan gheen gheruchtẽ,
Maer soo ghy lescht den brant dan suldy't hooren suchten.
Gods volck bedroeft, in vreucht, en vrolijck, in gheclagh;
Belacht des weerelts druck; beschreyt des weerelts lach.
Een hert, dat eertijts was gheduldich in bedroeven,
Treurt, nu t'sich van t'gheluck voelt troetelen en toeven,
En ducht; oft hier sijn deel creegh, als een weerelts gast,
Dies isset met de vreucht des weerelts niet ghepast.

## In laetis gemit.

**I***Ngemit, in tepidis ferrum dum mergitur vndis*,
*Jn flammâ*, *rapido dum calet igne*, *silet.*
*Mens pia divinas*, *sine murmure, sustinet iras,*
*Quodque gemat*, *coeli si cadat ęstus*, *habet.*
*Ergo dolens, suspecta mihi mea gaudia, dicit*;
*Quid? mea*, *sancte Parens*, *portio mundus erit?*
*Absit*; *& hîc potius fremat orbis, & Orcus, & aether*;
*Dum mihi des alio gaudia vera loco.*

## Gal. 6.14.

***Já ne m'adviene que ie me glorifie si non en la croix de nostre Seigneur Iesus Christ, par lequel le monde m'est crucifiè, & moy au monde.***

**L**E genereux acier est coy en la fournaise,
Mais, s'il est mis en l'eau, lamente de son aise*;*
Le noble esprit Chrestien gay en adversité
Gemit, comme en suspens, sur sa prosperité.

## In laetis, gemit.
## XXXV.

**S***Vspecta est fidelibus*, *nec immeritò*, *hujus seculi faelicitas: didicerunt enim Deum ita nobiscum plerumque agere*, *vt cum aegris Medici; ij*, *malo jam inveterato ac incurabili*, *ad exitium aegrotos vergere dum considerant*, *omnia ijsdem*, *in quae appetitus rapitur*, *dari permittunt*; *Alijs contrà*, *quibus jam melioris valitudinis spes affulgere caepit*, *suc cos amaros propinant*, *anxiâ victus ratione coërcent, imo □ & (morbo interdum id exigẽte*) *urunt, acsecãt. Deus quos ser vatos vult*, *hos strictè habet*, *reliquis vt lasciviant*, *permittit. Pueris inter sese depugnantibus*, *si alterum a superveniente aliquo plagis excipi*, *alterum impunem dimitti videmus*, *castigantem vapulantis patrem esse*, *optimâ illatione concludimus. Quem Dominus diligit (inquit Sapiens*) *hunc corripit ac castigat*, *& quasi pater in filio complacet sibi*, *Proverb. 3:12.*

**T'**Gheluck en voorspoet deses werelts wert niet sonder redenen verdacht ghehouden by de Godsalighe: want ten is hun niet onbekent dat God de Heere met ons ghemeenlijck alsoo placht te handelen, als de Medecijnen merte siecken doen, de welcke, oordeelende de sieckte ongheneselijck, en siende dat het met den siecken wel haest mochte ghedaen zyn, laeten opentlijcken toe datmen den selven al te eten ende te drincken gheve daer hy eenichsins treck ofte lust toe heeft: aen andere daer en teghens, aen welcker ghesontheydt sy nu meynen wat ghewonnen te hebben, gheven sy bittere en walghelijcke drancken in, schrijven hun scherpe eet-reghels voor, ia vliemense, en schroyense somwylen, als de sieckte sulcx vereyscht. God placlise t'onder te houden die hy behouden wil, d'andere laet hy int wilde als buyten den bocht springhen. Soo wanneerder kinderen onderlinghe pluckhayren, indien wy sien datter yemandt vande omstaenders eenẽ jongen uyt-kipt, eñ den selvẽ berispt, ofte met slagen castijt, sonder sick den anderen aen te trecken, wy oordeelen terstont, met seer goet besluyt, dat den ghenen die slaet den Vader, die gheslagen wert, des selfs sone moet wesen. Wie den Heere lief heeft (seydt Salomon) die straft hy, ende heeft een welbehaghen aen hem, als een vader aen sijnen sone. Prov. 3.13.

GREGOR. IN MORAL.

***S****Ancti viri cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt*, *pavidâ suspicione turbantur: timent enim, ne hîc laborum suorum fructus recipiant: nec timent quod divina iustitia latens in ijs vulnus asspiciat*, *& exterioribus os vulneribus curans*, *ab intimis repellat.*

## Math. 26.41.
## *VVaeckt, ende bidt; op dat ghy niet en comt in versoeckinghe.*

**S**OO haest de gladde slang, tot ledicheyt gheneghen,
Leyt sorgheloos daer heen, int coele gras gheseghen,
Valt haer de spin op t'lijf, en eer sy t'wert ghewaer
Soo is haer t'breyn ghequetst, soo is de spin van daer,
O schadelijck vergif, uyt ledicheyt gheboren!
Door dy heeft menich helt sijn eer en glans verloren.
Draeght sorghe dat gheen tijt in luyheyt u ontsnapt,
Dat u de helsche spin niet ledich en betrapt.

## Quid dormitis? surgite & orate, ne intretis in temptationem.

**F***Ronde super viridi, radijs tepefactus eois*
*Otia dum serpens desidiosus agit,*
*Ex alto tenui se librat aranea filo*,
*Et colubrum paruâ cuspide fundit humi.*
*Otia virus habent, & habet sors laeta venenum*;
*Delitijs vitijs mentis aperta via est.*
*Sperne voluptatum illecebras*, *puer*, *otia sperne*,
*Hoste sub aërio ni cecidisse velis.*

## *D'oisiuité, tout peché.*

**A**SSaillir le serpent l'araigne oncques n'ose,
Si non quant il au bois, se laschement repose.
Nul est plus aisement du tentateur surpris,
Qu'vn tel, qui a les sens d'oisivité saisis.

## Ne diabolvs te otiosvm inveniat.
## XXXVI.

**V***Itij aut virtutis animus domus est, inquit Philo: vel, vt Bernard. cor hominis, sicut molendinum, voluitur velociter, &, quidquid imponitur, molit; si autem nihil imponitur, seipsum consumit. Omnia otio deteriora sunt, lapis non revolutus obducitur musco. Ferrum, nisi vtaris, rubigine consumitur; aqua, nisi moveatur, vitium capit; vestis seposita tinearũ fit habitaculum: otiosa mens, vitiorum domicilium. Transivi, inquit Sapiens Prov. 24.30, agrum hominis pigri, & ecce! totum repleverant vrticae, & maceria lapidum distructa erat. Otiosas viduas notavit Apostolus, 1 Tim. 5, vt verbosas, & loquentes quae non oportet. Quid plura? Otium nugarum mater est, noverca virtutum, ait Bernard. Nihilque in totâ vitâ adeò bonae mẽti adversum, quam nihil agere. Apage mihi igitur cũ istac peste. Semper aliquid honestae rei agamus, ne aut Deus, cum nos invisit, aut Diabolus ubi nos tentat, oscitantes & vacuos nos inveniat.*

**H**ET ghemoet des menschen (seydt Philo) is een woon-plaetse ofte vande deucht, ofte van ontucht: ofte (ghelijck Bernardus seydt) des menschen herte is als een Molen, het draeyr ghestadelijck omme, ende maelt al watter wert inghebracht, maer indien ment ledich laet, soo verreeret sick selven. Door stilstant vererghen alle dinghen. Een steen, soo hy niet dickwils omghewentelt en werdt, is seer haest overloopen van mos en ruychte: Als het yser rust, soo roest het. Sril-staende wateren werden haest stinckende. Opghesloten cleederen crielen van motten ende schieters. Een ydel ghemoet is een herberge van sonden: Een ledich mensche, des duyvels oorkussen. Ick ginck, seyt den Wijse-man, voor by den acker der luyen, en siet! daer waren enckel netelen op, ende hy stont vol distelen, ende den muyr was neder ghevallen. Prou. 24.30. De ledighe Weduwen beschuldicht den Apostel als clapachtich, ende spreeckende dat niet en betaemt, 1 Tim. 5. Int corte, ledicheydt is een moeder van beuselingen, een stijfmoeder van deuchdẽ. Laet ons dan sorge dragen, dat, en God, als hy ons comt besoucken, en den duyvel, als hy ons comt quellen, ons besich moghen vinden, met eerlijcke oeffeningen.

*Die voor quaet hem mijden wil,*
*Magh noch ledich zijn, noch stil;*
*Want ghemeenlijck ons ghemoet*
*Doet dan quaet, alst niet en doet.*

MATH. 13.

***C****VM autem dormirent homines, venit inimicus, & superseminavit zizania in mnedio tritici.*

HIERON. IN SERM.

***A****Liquid operis facito, vt te diabolus inveniat occupatum, non enim facilè capitur a diabolo qui bono vacat exercitio.*

1 IEAN. 5.18.

***N****Ous scavons que quiconque est né de Dieu, ne peche point: mais qui est engendré de Dieu, se contre-garde soi mesme, & le malin ne le touche point.*

## 2 Corinth. 7.10.
## *De droefheyt die na God is, vverckt vreese ter salicheyt.*

**H**Et schijnt dat een die naeyt het linnen doeck wil breken,
Maer maeckt de naeld' een gat, den draet vervult de steken
Des naeldes scherpe punt (t'is waer) en maeckt gheen naet,
Maer opent even-wel den deur-ganck van den draet.
Den schrick in ons ghemoet, het beven onser sinnen,
Al ist den gheest niet selfs, het gheeft daer van t'beginnen*;*
En opent ons den wegh die ons daer henen leyt:
Vrees weder-baert ons niet, maer t'hart daer toe bereyt.

## Si non parat, saltem praeparat.

**L***Jntea non coniungit acus*, *dum lintea pungit*,
*Sed via, quae tandem lintea iungat, erit.*
*Nam simulac subiecta chalybs per carbasa transit,*
*Mox comitem medicum vulneris auctor habet.*
*Anxietas, quę mente latet*, *quę pectora turbat,*
*Non est quod nobis corda renata facit:*
*Jlla tamen sternitque viam, reseratque scatebras*;
*Principium timor est, Spiritus implet opus.*

## 2 Corinth. 7.11.
## *Vous avez esté contristez, selon Dieu.*

**L**Ors que la docte main, le drap rompu va poindre,
Ce n'est pas proprement ce que le drap faict joindre,
Mais pour la voye ouvrir. Noz tremblements & poeurs
N'est pas l'Esprit, mais pour nous preparer les coeurs.

## Si non parat, saltem praeparat.
## XXXVII.

**T***Remor ac horror conscientiae, in initio quidem conversionis, idoneus est ad hoc, ut animus verè humilietur, sibique summoperè displiceat; ut ita homo in viâ Domini a timore incipiat, & ad fortitudinem perveniat, inquit Greg. At vero cum ille, quem ligat servitus timoris, ignoret gratiam libertatis; non hîc subsistendum est. Cum audis quod Dominus tuus dulcis sit, ait Vir pius, Fac vt eum diligas: cum audis, quod rectus sit, attende vt timeas; vt amore, & timore Dei legem ejus custodias. Noveris te, vt Deum timeas: noveris Deum, vt aequè ipsum diligas, in altero initiaris ad sapientiam, in altero consummaris: quia initium salutis timor Domini, & plenitudo legis est charitas. Quemadmodum, ex notitiâ tui, venit in te timor Dei: atque ex Dei notitiâ, Dei itidem amor: sic è contrario, ex ignorantiâ tui, superbia; ex Dei ignorantiâ venit desperatio. Bernard. sup. Cant.*

**V**Erslaghentheyt des gemoets is wel dienstich int begin vande bekeeringhe, ten eynde den mensche sick recht vernedere, en sick selven gansch mishage: op dat hy also des Heeren wech beginnende met vreese, allencxkens in sterckheyt mach toenemen. Ondertusschen nochtans, nademael den ghenen, die met de slavernie van de vreese gebonden is, niet en can smakẽ de genade der vryheyt: So en moetet by de onse daer by niet gelaten werden. Als gy hoort (seyter een Godsalich man) dat God goedich en bermhertich is, maect dat ghy dien goeden God lief hebt: als ghy hoort dat God rechtveerdich is, siet dat ghy sijn gherechticheyt vreest: op dat ghy alsoo door vreese ende liefde te samen, naer sijne insettinge moecht wandelen. Kent u selven, op dat ghy God moecht vreesen: kent God, op dat ghy hem moecht lief hebben: in het eene is het begintsel, in het andere de volcomentheyt der wijsheydt. T'begintsel der salicheyt is vreese: de vervullinghe des wets is liefde. Ghelijck uyt kennisse uwes selfs vreese Godes voort comt: so, in tegendeel van dien, uyt onwetenheydt uwes felfs, comt hoochmoet, ende uyt onkennisse van God, wanhope:

*Al is de vrees' een goet begin,*
*Men dienter niet te blijven in,*
*Maer altijt voort en voort te gaen;*
*Tot wy vast in de liefde staen.*

ACT. 2.37. ET SEQ.

***H****Is auditis, compuncti sunt corde & dixerunt Petro & reliquis Apostolis, quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos; poenitentiam agite & baptisetur vnusquisque in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum & accipietis donum Spiritus sancti.*

## Iohan. 4.13. ende 6.35.
## *Buyten God, gheen versadinghe.*

**S**Choon yemant aen een dog werpt veel en groote sticken,
Hy sal die, metter haest oock ongheknaut, in-slicken,
En gapen naer wat nieus, hoe veel oock datter quaem:
Want niet, dan dat hy niet en heeft, is aenghenaem.
De wijl des menschen hart hier nerghens in can rusten,
Maer soeckt altijt wat nieus, en tracht nae versche lusten:
Laet dit ons zijn een peyl, en teyken gans ghewis,
Dat ware lust en rust hier niet te vinden is.

## Improbis nulla satietas.

**D***Vm data frusta vorat, nondum bene mansa, molossus;*
*Jn nova, semper hians, & nova frusta ruit.*
*Cum numquam prȩsens homini ferat hora quietem,*
*Nec satis id, quod adest, pectora nostra iuvet.*
*Cum desiderio semper gemat ȩgra futuri,*
*Atque aliud nobis mens, aliudque petat;*
*Hîc patrium non esse solum, sedesque beatas,*
*Discite: sunt alio gaudia vera loco.*

## Proverb. 27.20.
## *Le sepulchre & le gouffre ne sont iamais rassasiés, aussi ne sont iamais les yeux des hommes.*

**P**Vis que le coeur humain au chien est tant semblable,
Que nostre esprit tousiours demeure insatiable;
Faisons conclusion, que ce qu'a l'homme faut,
N'est en ce monde icy, mais est logé plus haut.

## Improbis nvlla satietas.
## XXXVIII.

**N***Emini mortalium*, *divinâ providentiâ, tam exactae faelicitatis gaudia vnquam obtigère, vt non aliquid relictum ei esset, quod gemeret. Hic censu cum exuberet, obscuro loco natum se que ritur*; *ille, majorum stemmate clarus*, *domesticae rei tenuitatem detestatus*, *mallet latere; iste nobilitate opibusq*; *conspicuus*, *coelibem se queritur*; *alius amans & amatus conjugioqùe foelix*, *orbitatem deflet. Est*, *cui foecũdae vxoris gaudia, aut filiorum luxus*, *aut filiarum petulantia obnubilat. Denique*, *quocunque te vertas*, *vbique*, *quod cum status tui conditione rixeris*, *affatìm invenies. Quid externa loquor*? *hoc ipsum corpusculum tuum excute*, *semper in eo querulum aliquid*, *& quod te offendat*, *obvium erit. Quid mirum? homines qui in alieno habitant*, *semper de aliquâ domicilij parte conqueruntur*; *idque eâ de causâ*, *quod domum istam conductitiam*, *pro arbitrio*, *instaurare non possint. Idem nobiscum est*; *nam cum de aliquo identidem membro querulus animus nobiscum expostulat*, *inquilinos nos esse, & supellectilem*, *non loco*, *ex quo brevi sit emigrandum*, *sed domicilio perpetuo (quod & frugi paterfamilias hic solet*) *aptandam esse sedulò monet.*

**G**Een mensche ter werelt werter, door Godes beschickinge, tot soo volmaeckten geluck oyt verheven, off hem en wert altijt yet wat gelaten, t'welck hem quelt. Den desen, rijck zynde van goederen, beclaecht dat hy van slechte ouders gheboren is: den ghenen, wel van goedẽ huyse, maer arm zynde, hadde liever ergens in den doncker van een slecht geslachte te schuylen: Den derden, rijck en edel zynde, sucht, om dat hy eenich en onghetrout is: Den vierden gheluckelijck ghehout wesende, treurt alleenlijck door ghebreck van kinderen: Men vinter welcker blyschap over haer kinder-salige vrouwen wert inghebonden, of door de slampamperie van hun sonen, of door de geylicheyt eñ veylicheyt van hare dochters: Int corte, werwaerts datmen sick went, men sal aller weghen stoffe vinden, om sich over sijne geleghentheyt te misnoughen. Ist vreemt? Luyden, die in gehuerde huysen woonen, claghen altijt van dit oft gint deel haerder wooninghe, om redenen dat sy in de selve niet en moghen maecken en breken, ghelijckmen in eyghen doet. T'is met ons al het selve, t'een off t'ander lidt is staech ontstelt, tot een vast teycken dat wy hier maer huerlingen en zyn. T'welck also wesende, laet ons dan van soodanigen huysraedt ons selven versorghen, niet die nu in dit huerhuys, maer die hier naermaels in ons eyghen en eeuwighe wooninghen ons sal te passe comen, gelijck sulcx (oock hier in dese tijdelijcke dingen) het werck is van een sorchvuldich Vader des huysgesins.

*Noyt heeftet yemant hier soo claer,*
*Off 't hapert noch al*, *hier off daer.*

IOHAN. 4.14.

***O****Mnis qui bibet ex aquâ hâc iterum sitiet*, *qui autem biberit ex aquâ quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.*

PSALM. 16.11.

***S****Atietas gaudiorum in conspectu Dei.*

## 2 Tim. 2.26.
## *Dat sy vande banden des Duyvels ontgaende, ontvvaecken tot sijnen vville.*

**T**'Is s'weerelts warre-net dit ront, dat ghy siet hanghen,
Daer weynich breken deur, en veel in zijn ghevanghen.
Den aertschen mensche wert met s'weerelt lust beweeft,
Niet anders dan de mug int web der spinnen cleeft.
De wesp (een moedich dier:) weet door het net te breken.
Die s'hemels glans bemint, en blijft in d'eerd' niet steken:
De weerelt slacht de spin*;* als sy ons heeft verwert,
En met haer raeg beset; dan bijt sy ons int hert.

## Peruia virtuti, sed vilibus invia.

**E***St similis nostro, quem texit araneus, orbis*;
*Plurimaque humanae conditionis habet*:
*Hîc nocturna culex*, *obscoenaque musca pependit*,
*Vtraque ridendo compede nexa pedes.*
*Posteritas crabo acris equi, virtutis avitę*
*Conscius*, *incursu debile soluit opus:*
*Carpite iter caeli, quibus est cęlestis origo,*
*Hęc plaga*, *nil pręter vilia monstra tenet.*

## Proverb. 5.25.
## *Jl sera happé par les cordes de son peché.*

**L**E monde & ses filetz nous font icy la guerre,
Il faut monter au ciel sans s'arrester en terre:
Arriere lacqs mondains; iamais divin esprit
Plein d'animosité ta foible rets ne prit.

## Pervia virtvti sed vilibvs invia.
## XXXIX.

**V***Itam hominis Christiani transitum esse, ipsumque perpetuum viatorem videri, divini verbi elogia disertè pronuntiant. Non habemus hîc locum permanentem, sed alium exspectamus, inquit Apost. Transire igitur virtutis, haerere alibi ignaviae est. Gaudet motu animus, Christianus, &, in hoc, coelum sibi cognatum imitatur. In partibus Scythiae homi nes quosdam nusquã domicilium figere, plaustro se suaque identidem transferre memoriae proditum est. Id verè Christianum decet, dolium hoc nostrum, Diogenis more, identidem volutandum est, sistendum rarò, figendum nunquã, & nusquam. finge mihi aliquem è regione longuiquâ ad patriam properantem, in cauponam aliquam lepidam ac facetam incidisse, quae benignè eum habeat, ac lautè excipiat; hunc eò loci si, tanquam ad Sirenum scopulos, haerentẽ cernamus, non quid excordem ac insipidum jure dicemus? ita sanè: vir fugiens quippe, vt est in Proverbio, non moratur strepitum lyrae. Idem de nobis censeamus. Nec illecebris ac lenocinijs suis Mũdus hospes, aut Caro caupona nos impediãt, quominus in veram illã ac coelestem patriam, velis equisq;, properemus. Annue, summe Deus.*

**D**AT het leven van een Christen mensche is als een deurganck, den mensche selfs als een reysende man, werdt ons in Godes woort duydelijck gheleert. Wy en hebben hier gheen blijvende stede, maer wy verwachten een andere, seyt den Apostel. T'is dan dapperheyt, op dese wech staech aen te treden: t'is onachtsaemheyt ergens te blyven leuteren. Het Christelijck ghemoet heeft lust in beweginghe, oock selfs in dat eenighe overeencomste met den hemel hebbende. Men hout, dat in Scythia menschẽ zyn, die nergens eẽ vaste woonplaetse stellende, gestaech huys en huysraet op een wagen herwaerts en derwaerts omme-voerẽ. Yet sulcx betaemt voor al een Christelijck gemoet, yder dient zyn vat (op de wijse van Diogenes) ghestadelijck om en t'om te tobbelen, selden te setten, nimmermeer te vesten. Neemt datter yemant, uyt verre landen, naer sijn Vader-landt reysende t'eeniger tijdt onder wege quame ter herberghe, daer hy by den Weert wel en vriendelijck ghetoeft wierde, inghevalle hy door sodanich onthael verloct wesende, sijn reyse ginck staken, ende bleef ter selver plaetse lunderende, soude een yeghelijck daer uyt niet oordeelen, dattet den sulcken liecht ter plaetsen (somẽ seyt) daermen de ossen bolt? ontwijffelijcken iae. Laet ons vry dencken dat wy zyn in dusdanighe-ghestaltenisse. De werelt is ons (soo het schijnt) een ghenuchelijcken Weert, ons Vleesch een vriendelijcke Weerdinne: laet ons sorghe draghen, dat wy, zynde op de reyse naer ons ware vader-landt, door de aenlockinge van d'een en d'andere, in onsen goeden wech, niet vertraecht en werden.

AVGVST. HVM. 3.

***D****Iabolus non invalesceret contra nos, nisi ei vires ex vitijs nostris praeberemus, & locum ei dominando nobis peccato faceremus, vnde nolite locum dare diabolo.*

## 1 Corinth. 7.9.
## *Beter ghemant, als ghebrant.*

**G**Hy broet sy-wormen uyt, en eyers van u hinnen
In uwen wermen schoot (wat mooghdy doch beginnen?)
Noch hebdy soo veel op met dat ghy hebt ghebroet,
Dat ghy van't hinnen-jonck u moeder noemen doet.
Ey, ketelt u doch niet met dees ghemaeckte grillen;
T'is beter metter daet des jonckheyts brant te stillen,
Door huywelijckschen plicht. Els t'waer u minder schant
Int openbaer ghetrout, als heymelijck ghebrant.

## Praestat nubere, quam vri.

**E***T fovet, & calidis pullos educit ab ovis*
*Phyllis, &, en! matris jam mihi nomen*, *ait.*
*Phylli quid hoc sibi vult, animum tibi prurit imago?*
*Ach*! *cui ficta placent nomina, vera juvant.*
*Ova foves gremio, veros imitantia partus*,
*AEstuat in tacito dum tibi flamma sinu.*
*Jmproba nube viro*: *faciat peiora necesse est*,
*Si qua sub invisâ virginitate gemit.*

## Proverb. 5.18.
## *Ta source soit benite & te resiouy de la femme de ta ieunesse.*

**I**L vaut bien mieux le corps lier par mariage,
Que se brusler le coeur d'vne impudique rage.
Que sovilles tu te doncq par plaisirs contrefaicts?
Veu que peus sans peché avoir les vrays effects.

## Melivs est nvbere, qvam vri.
## XL.

**N***On tantùm melius esse pronuntiat Apostolus nubere, quam scorti societate se polluere; verum etiam melius esse asserit nubere, quam vri. Ne ergo blandiatur sibi qui foemineâ venere non utitur, quùm intrinsecus libidine ardeat. Pudicitiam enim esse, conjunctã cum castitate corporis, animi puritatem, rectè notatur ex Paul. 1 Cor. 7.34, Idque respiciens, Virginem carne, sed non mente, praemium nullum manere, dixit Isidorus. Hinc cum donum Continentiae plerunque non nisi ad tempus a Deo homini conferatur, tamdiu a nuptijs abstinere aliquis poterit, quamdiu ad servandum coelibatum idoneum sese senserit: at simulatque domandae libidini vires deficere sibi comperiet, conjugij necessitatem a Deo sibi impositam planè intelligat. Et, ne tanquam castitati adversum, id genus vitae quis damnare audeat, audiat D. Chrisostomum: Primus, inquit ille, castitatis gradus, Virginitas immaculata; secundus Conjugij fides fideliter servata. Est ergo, vel teste Chrysostomo (qui alioqui nuptijs favere vix solet) conjugum castus amor species quaedam Virginitatis.*

**D**EN Apostel en verclaert niet alleenlijck, dattet beter is te trouwen, als in hoererie sick te verloopen: maer selfs dattet beter is sick ten houwelijcke te begeven, als te brandẽ. Niemant dan en ketele hem selven, als osf hy wat goets dede, die sick van het geselschap der vrouwẽ onthout, iudiẽ hy middeler tijt inwedichlijck van vuyle lustẽ brant. Maechdelijcke reynicheyt is een t'samen-vouginge van de suyverheyt des gemoets met een onbevleckt lichaem, ghelijck claerlijck aff te nemen is uytte plaetse Pauli 1 Cor. 7.34. Ten welcken aensiene seyt Isidorus seer wel, dat een maeght inden vleesche, ende niet in den ghemoede, gheen belooninghe te verwachten en heeft. Maer alsoo kennelick is dat de gave van onthoudinge veeltijdts alleenlick voor een tijdt den mensche by Gode wert toegelaten: So isset geoorloft, sick so lange van den huwelickẽ staet te onthouden, ter tijdt toe, datmen ghewaer wert dat ons de crachten ontbreken om het vleesch te connen betoomen, doch tot sulckx ons onmachtich gevoelende, mogen wy vryelicken wel dencken dat ons duydelick van Godes wege wett gelast, dat wy ons souden ten houwelicke begheven. Doch op dat niemandt dese maniere van leven, als tegens de suyverheyt strijdende, en verwerpe, dat hy lese eñ hoore den Out-vader Chrysostomum, Den hooghsten trap (seydt hy) van suyverheyt, is reynen ende onbesmettẽ maeghdom: den tweeden, den huwelijcken staet, als den selven tusschen man en vrouwe eerlijck beleeft wert. Soo is dan het huwelick (selfs na het seggen van Chrysostomus, die nochtans over al ten besten van het huwelick niet en gevoelt) als een tweede soorte van Maeghdelicke reynicheyt.

GREG. LIB. 26. MORAL.

***Q****Vi tentationum procellas cum difficultate tolerat, conjugij portum petat: melius enim est nubere quam vri.*

PROVERB. 5.2.

***P****Our quoi, mon fils, serois tu transporté de l'amour de l'estrangere, & embrasserois tu le sein de la foraine?*

## 2 Corinth. 11.14.

***De vvijle de satan verandert vvort in een Enghel des lichts, soo en ist dun geen vvonder dat sijne dienaers verandert vvorden, als dienaers der gherechticheydt, der welcker eynde sal wesen na haer wercken.***

**D**en aep, naer s'menschen wijs, gaet mettet hooft verheven,
En past wel op de maet, van t'spel hem voor-gheschreven
Maer als hy daer ontrent eens noten wert ghewaer,
Laet sijn begonnen werck, laet spel en meester daer,
En loopt de noten nae met alle vier de pooten.
Daer gaetter veel te kerck, als Godes huysghenooten,
Die, soo daer hoop ontstaet van eenich cleyn ghewin,
Den Gods-diensten de kerck stracx setten uyt den sin.

## O curvae in terras animae*!*

**D***Vm salit ad numeros, erectaque corpora tollit*
*Simius, huncque aliquis jam negat esse feram,*
*Forte nuces alius medium proiecit in agmen,*
*Vidit, & in praedam bestia stulta ruit,*
*Nil hominis retinens, quibus, assuetudine tantum,*
*Futilis in vano perstrepit ore fides,*
*His, modici dum spes affulgeat ulla lucelli,*
*Excidit, heu! fluxę relligionis amor.*

## Hebr. 12.16.

***Que nul ne soit paillard ou profane comme Esau qui pour vne viande vendit son droict d'ainesse.***

**L**E singe va au bal, portant en haut la teste,
Mais, pour cueillir des nois, se va courber en beste.
Qui leur devotions ne font que pour le train,
Les quitent, aussy tost qu'ils ont espoir de gain.

## O cvrvae in terras animae*!*
## XLI.

**A***talantam*, *magnae pernicitatis virginem*, *in medio cursus certamine*, *magno conatu ad metam properantem*, *aurei mali jactu remoratam fuisse*, *ab Hippomene, tradunt Poëtae: Eodem ferè calliditatis genere miseros non rarò mortales supplantat vafer ac versipellis humani generis Adversarius, quoties aliquem accinctum jam*, *ac ad vitae melioris metam properantem alibi conspicit*; *Protinus enim*, *objecto aliquo malo Aureo, id est*, *oblato sive divitiarum splendore*, *sive honorum gloriâ*, *sive alio illecebrarum genere*, *curuas in terram animas de foelici statu deturbat, & ad vetera ac absoleta retrahit. Tigridis impetũ, uno foetuũ objecto*, *frangit venator, & belluam ad antrum, vnde prodierat*, *remittit: idem nobis non rarò vsu venit. Saepe rerum fluxarum abdicationem, coelestium amorem, ac desiderium animo concipimus*; *at vix sacer iste furor in cursu est*, *cum ilicò, nescio quid, quod animo nostro blandiatur, nobis objicit Diabolus, quo veluti nobis ipsis erepti, in antiquum relabimur. Caveamus, & meminerimus, benè incipere egregium*, *bene desinere regium esse.*

**D**E Poëten verhalen ons dat Hippomenes de snelle Atalanta, hem nu by naest voorby gheloopen zynde, met het uytwerpen van eenen gulden appel, so heeft weten te verlocken, dat sy haren loop stremmende, om dien op te grijpen, eyntelijck inde loop-bane is verwonnen ghebleven. Dierghelijcken treck wert ons menichmael gespeelt van onsen erf-vyant, den Duyvel; want so wanneer hy gewaer wert datter ymandt sick heeft opgheschort, ofte sijne voeten opgeheven, om te trachten na de Mate van een beter leven: soo weet hy terstont ons eenighen gulden appel van eere, rijckdom, off diergelijcke lock-aes voor te stellen, om ons daer mede uyt den rechten wech te trecken, en alsoo in ons goet voor-nemen te vertragen. De Iaghers hebben een ghewoonte (alsse jonge Tyghers uyt haer holen gherooft hebben, ende vande oude in groote snelheyt werden naeghevolgt, ontsiende den rasenden yver van t'vinnige ghedierte) dat sy een vande selve jonghen laten vallen: het welcke het beest vindende neemt het op, laet aff van haer na te iaghen, en draechtet weder inden nest: en middeler tijt ontcomẽ de jaghers met de reste. Even soo gaetet met ons toe: t'schijnt somwylen dat wy zyn uytgegaen om met vieriger hertẽ te loopen den wech onser salicheyt, maer so ons middeler tijdt yet, den vleesche aengenaem, by onsen vyandt wert voorgheworpen, wy nement op: ende en jaeghen niet vorder, maer cruypen wederom als in onse oude holen. Hier voor staet te wachten, ende staech in ghedachtenisse te houden, dattet eerlijck is wel te beginnen, maer heerlijck wel te eyndighen.

I O B . 8.20.

***G****Audium hypocritae ad instar puncti: si ascenderit vsque ad coelum quasi sterquilinium in fine perditur, & qui eum viderant dicent, vbi est?*

M A T H . 6.33.

***C****Erche premierement le regne de Dieu & sa justice, & toutes ces choses vous seront baillées par dessus.*

## Psalm 16.11.

***Ghy doet my cont den vvech ten leven, voor u is vreuchde de volheyt, ende lieffelijck vvesen tot uvver rechter-handt eeuwichlijck.***

**M**En siet de snaer van selfs, en niet gheraect, beweghen,
Om dat een soete lucht ontrent haer comt ghesegen,
Een lucht, die op haer past, verholen en bedeckt,
Die van een ander plaets onsienlijck tot haer treckt.
Een heymelijck verstant, door een verborghen ader,
Heeft in der vromen hert ons aller herten Vader*;*
O wonderbare vreucht! al is den mont als stom,
T'hert juycht van enckel lust, en niemant weet waerom.

## Intacta movetur.

**C***Horda manu non tacta salit, non mota susurrat,*
*Vt chelys æqualem sentit adesse sonum.*
*Quanta pijs tacitam pertentant gaudia mentem,*
*Cum Deus, occulto numine, pectus agit!*
*Non videt assessor, non hos notat assecla motus*;
*At pia mens intus sentit adesse Deum.*
*Mortales oculi mortalia gaudia cernunt*,
*Quae Deus instillat gaudia, nemo videt.*

## 2 Corint. 4.18.

***Nous avons vn poids eternel d'vne glorie excellement excellente, quand nous ne regardons pas aux choses visibles ains aux invisibles.***

**H**Eureux esprit fidel*!* qui mesme en ceste vie,
Avec Dieu tout mouvant a grande sympathie.
On oit vn luth sonner qui toutefois est coy,
Le iuste sent plaisir, & nul ne scait pourquoy.

## Vera gavdia non capivnt ocvli.
## XLII.

**V***Era gaudia vt ex rebus corporeis non proveniunt, ita nec oculis corporeis conspici possunt. Animus incorporeus non nisi cognato sibi gaudio, id est, incorporali, afficitur*; *reliqua, cujuscunque generis oblectamenta, corticem tantum*, *id est corpus*, *contingunt*; *ad interiores vero animi sensus nunquam penetrant. At pax illa conscientiae, vitae aeternae praenuntia, occulto numine mentibus infusa, ineffabili atque incredibili dulcedine tacitum pectus perfundit. Nihil Deo clausum*, *interest animis nostris, ac medijs cogitaionibus intervenit. Amen, Amen, dico vobis (inquit Servator Iohan. 5.24.) qui audit verbum meum, & credit ei qui misit me* habet vitam aeternam, *id est, vt Paulus interpetatur*, *pacem conscientiae ac gaudium in Spiritu sancto, vera futurae beatitudinis praeludia. Tanta enĩ fit alacritas animi (inquit Cass.) quanta fuerit consideratio rei, est enim mensura laetitiae secundùm magnitudinem nuntij.*

**G**helijck de ware vreucht niet en spruyt uyt lichamelijcke oorsaken, soo en can oock de selve met de lichamelijcke oogen niet werden aenghesien. Het onlichamelijck ghemoet en werdt door gheen andere blyschap vervroylijckt, als door de sulcke, die ghelijckmaticheyt heeft met haren aert, dat is, die in gheen lichamelijcke dinghen en bestaet. Alle de vermakelijckheden deses levens en gaen niet dieper als inde schorse, dat is, en raken maer het lichaem, ende en dringhen noyt tot in het binnenste onser zielen: Maer die lieffelijcke vrede des ghemoets, een voorbode der eeuwigher ghelucksalicheydt, heymelijcken door Godes gheest in onse herten uyt-gestort zynde, vervult ons den gantschen boesem onser zielen met onuyt-sprekelijcke soeticheyt. Voor Gode en is niet ghesloten, hy woont in onse herten, en sweeft midden onder onse innerste gedachten. Voorwaer (seyt de Heere Christus Iohan. 5.24.) die mijn woordt hoort, en ghelooft den ghenen die my ghesonden heeft, die heeft het eeuwighe leven, dat is, (ghelijck den Apostel Paulus t'selve uytleyt) vrede des ghemoets, en blyschap inden heylighen gheest, ghewisse voorteyckenen vande toecomende gelucksalicheyt. De Godsalige gevoelen mitsdien oock in dit leven een onbegrijpelijcke vermakelijckheydt, want de blyschap die in de gedachten is, heeft haer groote, naer de ghelijckmaticheyt van de sake diemen bedenckt.

BERNARD. SVPER. CANT.

***J****Esus*, *mel in ore*, *melos in aure*, *jubilus in corde.*

GREGOR. IN MORAL.

***J****Vbilatio dicitur*, *quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi potest, nec sermonibus aperiri*, *& tamen quibusdam modis proditur. Illud est verum ac summum gaudium quod non de creaturâ*, *sed de creatore concipitur, quod cum acceperis nemo tollet a te.*

## 2 Corinth. 2.7. Exod. 7.8.
## *Den duyvel quelt de gheloovighe, helpt de goddeloose.*

**M**En vont wel eer een beeck (ist waer dat d'oude schrijven)
Wiens droevich nat den glans der tortsen const verdrijven,
  Wiens stroom ter selver stont (door, ick en weet wat, cracht)
  Een uyt-ghebluschte keers als in het leven bracht.
Dit was eens afgods beeck, een rechten stroom der hellen,
Den duyvel weet ons noch op desen voet te quellen,
  Want een gheloovich hart hy met de wet verblust,
  En stelt het weerelts kint in Christi bloet gherust.

## Sic rerum invertitur ordo,

**F***Ax lymphis Dodona tuis immersa necatur*
  *Quae micat igne*; *nitet, quae sine luce fuit:*
*Fons sacer iste Deo, sic pristina credidit ętas,*
  *At Deus hic stijgij rex Acherontis erat.*
*Patrat idem cum fonte suo regnator Averni,*
  *Ordinis inversi gaudet & ille dolis:*
*Nempe pios rigidę percellit acumine legis,*
  *Blanditurque malis sanguine, Christe, tuo.*

## 2 Corinth. 2.11.
## *Que Satan ne gaigne le dessus, car nous n'ignorons point ses machinations.*

**D**Odone, par ton eau, la mesche tost s'enflame,
Et le flambeau bruslant pert aussi tost son ame.
  Le Satan met les bons en doubte, par la loy,
  Blandissant les meschans par vne vaine foy.

## Sic rervm invertitvr ordo.
## XLIII.

**I***Nter plurimas Diaboli fraudes ac astutias*, *non infimum locũ ea obtinere mihi videtur*, *quâ verum lumen*, *id est, fiduciam piorum in Deum rigori legis*, *tanquam aquae immersam*, *extinguere satagit; & contra facem emortuam*, *id est*, *impiorum conscientiam igne*, *ex aquis petito, id est*, *praeposterâ ac perversâ Fide*, *studet accendere. Sed de his Emblema. In multis alijs adeò magna est vicinitas*, *ac similitudo veri ac falsi, vt facillimè, vel naturali hominum corruptione, vel machinatione diaboli*, *alterum loco alterius obtrudi nobis possit. Ex multis exemplis vnũ habe*, *sed quotidianũ. Tamet si malum nihil aliud sit*, *quam defectus boni*, *persuadet tamen sibi vnusquisque se viri boni nomẽ implevisse, si malum fortè vitaverit, id est*, *si nec sicarius*, *nec fur*, *nec foenerator*, *dici possit*; *cum sanè multò altius*, *vt bonus quis dici possit, enitendum sit: amandum quippe est*, *dandum est*, *adjuvandum est. Virtutem enim non defectum, sed opus esse; non in otio aut quiete*, *sed in ipsâ actione consistere*, *nec satis esse malo abstinuisse*, *at bonum insuper faciendum esse, in Christi scholâ indies docemur. Securis*, *clamat Baptista*, *arbori apposita est*, *quae fructus bonos*, *&c.*

**O**Nder andere listighe aenslaghen des duyvels, en is gheensins de minste, dat hy het ware licht der geloovige (t'welck is haer vast vertrouwen op Gode, in Christo Iesu) inde strengicheyt des Wets, als in een doodelijck water, souckt te versmoren: ghelijck hy daer en teghen den dooden en uyt-geblusten fackel, (dat is de afgebrande gewisse der goddeloosen) met een vier uyt het water genomen, dat is, met een verkeert en averechts gheloove, poocht te ontsteken. Doch hier van wert int Sinnebeelt gesproken. In veel andere saken is soodanigen grooten nabuericheydt des goets ende quaets, des waerheyts ende der lengen, dat lichtelijck, ofte door den bedorven aert der menschen, ofte door de listicheyt des duvels, het eene voor het andere ons inde hant can gesteken werden. Van veel exempelẽ isser dit eene. Hoe wel het quaet niet anders en is, als gebrec of dervinge vã goet, nochtans laet een yeghelijck sich voorstaen, den naem van een goet man verdient te hebben, so hy sick maer van het quaet en onthout: dat is, soo hy misschien gheen moordenaer, geen dieff, geen woukenaer bevonden en wert: daer nochtans, om een goet man te wesen, al vry vorder ghegaen moet zyn. Men moet niet alleenlijck nae laten de ghebreken vooren vermelt, maer in plaetse vande selve lief hebben, geven, en helpen. Want de deucht gheen gebreck, maer een werck te zyn, niet in ledicheyt, maer in arbeyt ende werckinge te bestaen, wert ons inde schole Christi daghelijckx gheleert. De byle, roupt Iohannes den Dooper, is aen den boom gestelt, en die geen goede vruchten en draecht sal uytgheroyt werden.

GREGOR. 14. MORAL.

***H****Ostis noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit: Eos autem pulsare negligit, quos quieto iure se possidere sentit.*

## Math. 19.7.
## *Hierom sal de mensche vader ende moeder verlaten ende den vvijve aen-hangen, ende die tvvee sullen een vleesch vvesen.*

**T**Eer Spruytjen, jeughdich hout, ghy zijt nu af-ghetoghen
Van dijnen ouden tronc, ghy hebt nu sap ghesoghen
Wt dese jonghe stam, dies valtet u niet swaer,
Dat ghy dijn eyghen boom moet laten blijven daer.
Die met den soeten bant van Echte zijt om-vanghen,
Ten is voor u gheen tijt, om ouders aen te hanghen;
V maegschap en gheslacht, vint ghy nu al in een,
Ghy zijt een huys, een rijck, een weerelt met u tween.

## Natam rapis, ô hymenaee, parenti.

**R***Amulus adiunctâ dum ducit ab arbore succos*,
*Jam procul a trunco vellet abesse suo.*
*Ex animo caros deponere disce parentes,*
*Quae socio recubas iuncta puella viro:*
*Non oculis genitor*, *non matris oberret imago*,
*Solaque legittimi sit tibi cura thori:*
*Nomina tot tibi cara dabit cumulata maritus,*
*Hic pater, hic genitrix*, *hic tibi frater erit.*

## Pseavm. 45.11.
## *Escoute fille & considere: encline ton oreille & oublie ton peuple & la maison de ton pere.*

**V**A t'en, gentil rameau, prens congé de ta mere;
Pour suivre ton mary; va fay luy bonne chere
Tant du corps que du coeur. Quant on est marié
Laisser là ses parents n'est pas impieté.

## Natam rapis o hymenaee parenti.
## XLIIII.

**N***Ec insulsa*, *nec prorsus inutilis est observatio*, *quam quidã desumunt ex modo excusandi quo (Luc. 14.16.) vtuntur ij*, *qui ad coenam vocati*, *ad diem dictum venire detrectant. Primus eorũ, rationes absentiae allegans*, *Villã*, *inquit*, *emi*, *in istius ego possessionem mittendus jam nunc abeo, vtque apud herum tuum eo nomine me excuses, precor. Alter*, *Iuga bonũ quinque (inquit) empta sunt mihi, periculum de ijs facturus decedo*, *id ne Dominus tuus aegrè ferat, meis verbis rogabis. Tertius confidentius perorans*, *& non excusatione (vt videtur) sed justâ defensione nisus, Vxorem*, *inquit, duxi, eâque de causa* non possum venire. *Actum matrimonij tantùm privilegij habere innuens*, *vt vel solâ facti allegatione satis superq*; *purgatum se existimet. Magna sanè matrimonij efficacia est*, *in quo conjuges*, *vel Deo autore*, *parentibus sese mutuo praeponunt. Graphicè apud Homeruum Hector*,

> Haud equidẽ dubito quin cõcidet Ilion ingés,
> Et Priamus, Priamiq; ruet gens armipotentis;
> Sed mihi nec populi, nec carae cura parentis,
> Nec Priami regis tantum pręcordia rodit,
> Quam me cura tui, coniux carrissima, vexat.

*Est sanè intimum amicitiae genus, castus Thorus.*

**T**'IS een leersame, en geen onvermakelijcke bedenckinge, die eenige nemen uyt de gelijckenisse vant avontmael, van Christo vermelt Luc. 14.16. al waer, soo wanneer de knechten uytgingen om de genoode te roupen, den eersten brengende reden by van niet te connen comen, seyt eẽ acker gecocht te hebben, eñ dien re moeten gaen besichtigen: den tweeden verclaert cooper bedegen te zyn van vijf joc ossen, en de selve te moeten gaen beprouven: vonghende beyde een bede by haere redenen, seggende, Ic bidde u doet mijn onschult. Den derden, sprekende met een grover stemme, en vry wat stouter, seyt ront uyt, Ick hebbe een wijff getrout, en daerom en can ick niet comen. Als vast houdende dat een wijf te trouwen een sake is van sodanigen voor-recht, datmen om der selve wille, sonder tegenseggen, seer wel vermach alle andere saken aen d'een zyde te stellẽ. Voorwaer als wy sien dat God beveelt een teere maget beyde vader en moederte verlaten, eñ eenen vremden man aen te hangen, moetmen niet bekennẽ dat hy t'selve voor alderley vrientschappen stelt? Ic sal, met verlof vande Leser, hier by vougẽ t'gene Hector, hier vã by Homerũ spreect.

> *Ick weet dat Troyen haest en ras*
> *Niet zijn en sal als gruys en as;*
> *Ick weet oock dat mijn Vader sal*
> *Haest comen tot een drouven val;*
> *En dat mijn Broeders lieff en weert*
> *Verslinden sal des vyants sweert.*
> *Maer noch mijn Vader*, *noch sijn schat,*
> *Noch ghy, ô Troyen*! *schoone stadt,*
> *Perst my soo hart aen mijn ghemoet,*
> *Als ghy*, *mijn weerde Huys-vrou doet,*

EPHES. 5.28. ET SEQ.

*VIri debent diligere vxores suas, vt corpora sua, propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhaerebit vxori suae, & erunt duo in carne vnâ.*

## Galat. 6.9.
## *Laet ons vvel doende, nïet vertraghen.*

**M**En siet den Crocodil, soo lang hy leeft, noch wassen;
Dit dient een Christen-mensch sich selven toe te passen,
En staegh in sijn beroep een hoogher stap te gaen,
Nu t'een ghebreck, en dan het ander te verslaen.
Volght niet Hiskiae son, die wert te rug' ghetoghen,
Wegh son van Iosuá, die bleef staen onbewoghen,
Maer volght naer Davids son, en zijt ghestadich vlug',
Die niet en vint, verliest, die stil-staet, gaet te rug'.

## Nullum virtuti solstitium.

**C***Rescis, & extremis vel jam, Crocodile, sub annis,*
*Majus adhuc Nili tollis ab amne caput.*
*Jncrementa decent Christum, tam longa, professos,*
*Nescius augmenti vir bonus esse nequit.*
*Nuniades sistat, retrotrahat Hiskia Phoebum,*
*Dux solymi Vatis sol tibi solus eat:*
*Ille, velut sponsus thalamo redit, altaque lustrat*
*Sidera. virtutem non decet vlla quies.*

## Philip. 13.14.
## *En oubliant les choses qui sont en derriere, & m'avancant aux choses qui sont en devant, ie tire vers le but.*

**N**On Iosue ton soleil, non ton soleil Hiskie,
Mais David ton soleil, soit guide de ma vie.
Le corps du Crocodil, & du Chrestien l'esprit,
S'augmente, si long temps, que l'vn & l'autre vit.

## Virtvti nvllvm solstitivm.
## XLV.

**N***Ec oscitatio, nec torpor, sed cura diligens, atque actio continua hominem Christianum decent. Caeli proprium est*, *animique ad caelestia properantis*, *moveri semper*, *ac progredi. Inque id nisi summâ nitatur opum vi mens pia, facilè impetuoso decursu humanae corruptionis abripietur:*

.. Ac veluti si quis adverso flumine lembum
Qui subigit remis, si brachia forte remisit,
Ecce lillũ in praeceps prono rapit alveus amne.

*Nec vtique verè bonus est*, *qui in dies*, *vt melior fiat, operam non dat. Saepe nos nobis examinandi sumus*, *saepe conscientia velut interroganda est, ecquid profecerimus, ecquid iracundiae, avaritiae, ac reliquis vitijs decesserit, ecquid virtutibus accesserit, nisi enim in illis decrementum; in hisce accrementum percipimus, vero divini Spiritus aestro percitos nos esse certi esse nõ possumus. Sanè apud viros pios magnum fluxae fidei indicium esse solet, non proficere. Quid de externis hisce, deque status nostri conditione futurum sit, haud quidem scimus*; *nec id quidem multùm curandum est: animae sanè vt indies adjiciam aliquid*, *in animo nobis*, *& in votis est. Lumen ad hoc nobis infunde, ô Numen.*

**G**Een ledicheyt, maer een gestadige besichheyt, is het ghene dat eyghentlijck een Christen mensche betaemt. T'is den hemel, en alle die ten hemel-waerts hun spoeden, gansch eygen, haer geduerichlijck te bewegen: want indien sulcx niet met alle ernst en werdt betracht (nadien wy inde verdorventheydt der werelt wonen) so sullen wy lichtelijck, door de cracht der selve, als door het aendringẽ van een nederloopende reviere, wech werden geruckt.

*Die tegens stroom sijn schuytjen roeyt,*
*Dient nimmermeer te sijn vermoeyt;*
*Want, rust hy maer een cleyne tijdt,*
*Hy is terstont sijn voordeel quyt:*
*Midts, t'wyl sijn riemen liggen stil,*
*Hy swiert, al waer het water wil*;
*En wert soo, door den snellen val,*
*Ghedreven teghens leegher wal.*

Hy en is niet recht goet, die van dage tot dage niet en tracht om beter te werden. Wy dienen onse eygen ziele menichmael te vragen, wat sy, sedert eenigen tijt herwaerts, gevoelt heeft in God-salicheydt ghevoordert te hebben, watse op de giericheyt, korselheyt, en andere onse gebreken verneemt ghewonnen te hebben. Want ten sy sake wy int quade eenighe afbreucke, int goede eenighen aen-was, van tijde tot tijde, ghewaer werden, laet ons vryelijck dencken, dat wy de ware cracht des Gheestes noch niet recht en hebben. Wat ons in het uytwendige sal ghewerden, is ons onbekent: Maer wat het inwendige belangt, wy hebben, door Gods genade, vaste hope om tot het selve vã tijde tot tijde wat goets te sullẽ toe brengen. De Heere, die den wille geeft, geve oock het volbrengen.

HIERONIM. AD DEMETR.

***S****Anctae vitae ratio processu gaudet, & crescit: cessatione torpescit & deficit: Quotidianis & recentibus incrementis instauranda mens est, & vivendi hoc iter non de transacto, sed de reliquo metiendum.*

## Proverb. 15.16.
## *Eenen goeden moet is een dagelijcx vvel leven.*

**D**En harder maeckt een fluyt van Esels slecht gebeente,
En treckt daer door tot vreught geheel des wouts gemeente,
Wat is van cost of const? wat ver-ghesochte vreught?
Cost, die niet veel en cost, een billick hart verheught.
Wat stelt ghy luyt of Veel om blyschap op te wecken?
Stelt, vrient, en stilt u hart: druck sal u vreught verstrecken:
Een wel ghestelt ghemoet vint over al sijn lust,
In alle dinck is vreught, als t'hart maer is gherust.

## AEquus animus, commendat omnia.

**O***Ssibus ex Asini fit tibia*; *silva remugit*;
*Exultat saturas dux gregis inter oves.*
*Ecquid opus lituis? sibi mens est aequa leuamen,*
*Gaudia de placido pectore sponte fluunt:*
*Sit casa parua domus, sit fictilis olla supellex,*
*Hîc etiam sapiens, quo sibi plaudat, habet.*
*Aula gemit, cytherâ licet aureus instet Jophas,*
*Caula fremit plausu, dum, Milibęe, canis.*

## 1 Tim. 6.6.
## *La pieté, avec contentement d'esprit est vn grand gain.*

**T**A flute, gay Berger, n'est que des os des bestes,
Si resiouit pourtant vos gens aux iours de festes,
O grand don du Signeur tranquillité d'esprit!
Le coeur estant en pais vn peu nous resiouit.

## AEqvvs animvs commendat omnia.
## XLVI.

**T***Ria ferè hominum genera nundinas frequentare compertum est Emptores, Venditores, Spectatores: Duo priores emendis vendendisq*; *mercibus toto nundinarum tempore occupatissimi, anxiè discrutiantur. Tertium demùm genus benè ac jucundè agit, &, non nisi oculis, cuncta delibans, voluptatem ex omnibus, ex nullo molestias domum refert. Nundiarum, id est, Mundi, sive rerum externarum tantùm spectatores Philosophos esse, vult Pithagoras; Christianos, viri boni. Habere opes ac possidere*, *at non ab eisdem haberi aut possideri, verè sapientis est: id verò vnicuique nostrum continuò eveniet, si non ad ambitionem, sed ad necessitatem omnia habeamus. Arridet, etiam hîc, Democriti dictũ, Ille faelicẽ di cebat eũ, qui cum exiguis pecunijs hilaris esset, infaelicem, eũ qui inter magnas opes tristaretur. Quid si totum orbem terrarum possideamus ecquid commoditatis ex tantâ rerũ congerie habituri sumus, praeterquã ex ijs, quae vtendo nostra facimus? de reliquis nihil habituri praeter solũ aspectũ. Atqui voluptatem, quae ex visu est, aequè de alienis, atq*; *de tuis capere nihil vetat. Qui ad naturam vivit nunquã pauper*; *qui ad vota, nũquã dives est.*

**D**Aer zyn veeltijdts drie soorten van menschen die de Iaer-marten besoucken, te weten, Coopers, Vercoopers, en Gapers. De twee eerste zyn den gantschen tijt des Iaermarts door, elcx int sijne, sorchvuldelijcken besich: De derde soorte isser best aen, want, niet als metter ooge alles overloopende, draecht vã alle dinghen eenighe vermaeckelijckheyt, van geen eenige quellinge ofte stoorenisse na huys. Pithagoras trect dit tot de Wijsgierige van sijnen tijdt, en noemt die, Begapers vande Iaermarten, dat is, bloote beschouwers vande wereltsche dinghen. Andere Godsalighe mannen eyghenen sulcx, met beter recht, nu de rechte gheloovighen toe. Goederen te besitten, ende vande selve niet beseten te werden, is een werck van Godsalige wijsheyt. En tot sulcx ware wel te comen, indien wy, niet op giericheydt ende eergiericheydt, maer op noodruft alleene het ooghe sloughen. Cost en cleederen hebbende, vernoecht u daer mede, seydt den Apostel. Neemt dat gansch de werelt ons eyghen ware, wat gemack off genut sal ons uyt sulcken ongemeten hoop goederen ghewerden, anders als t'gene dat wy door het gebruyc eygentlijck het onse maken? van al de reste en hebben wy niet meer als alleenlijck het ghesichte, ende t'selve is geoorloft, so wel van eens anders goet te nemen, als van u eyghen. Wat valter te segghen? die nae de natuere leeft is noyt arm, die na de begheerlijckheydt, nimmermeer rijcke.

PROVERB. 15.

***S****Ecura mens quasi juge convivium.*

PLATO. TIM. CAP. 13.

***L****aetitia pura in solis animae bonis invenitur, ideo sapiens in se gaudet non in ijs, quae circa se sunt.*

HEBR. 13.5.

***Q****Ve vos moeurs soient sans avarice, estans contens de ce que vous avez presentement.*

## Proverb. 28.
## *Den Goddeloosen vliet, en niemant en iaeght hem.*

**D**E Schilt-pad' doet den Aep (ô wonder*!*) voor haer vluchten,
En hoe de Sim meer loopt, hoe sy meer schijnt te duchten
Te werden achter-haelt van een soo traegen dier,
Dies s'al om-siende vliet, ontsiende vlam noch vier.
Een mensch, bewust van quaet, leeft in ghestadich beven,
Hy sucht, hy crucht, hy ducht, hy vlucht, oock niet gedreven*;*
Door t'ruysschen van een blat verschiet sijns hartsen bloet,
Verdrietich is den stant eens goddeloos ghemoet.

## Qui vanos pavet metus, veros fatetur.

**P***Ressa suae sub mole domus testudo laborat,*
*Pulvereamque gravi corpore verrit humum:*
*Vt videt hanc, fugit, os que tremens post terga reflectit*
*Simia, nec tutam se putat esse fugâ.*
*Ad sonitum culicis, motęque ad arundinis vmbram,*
*Jmpius, & nullo terga premente, fugit:*
*Conscia mens sceleris formidine tota liquescit,*
*Tunc quoque, cum pavidi causa timoris abest.*

## *Le pecheur, a tousiours peur.*

**C**OmbIen que ta maison Tortue fort te presse,
Le Singe neantmoins te suit, en grand vistesse,
Craingant d'estre atrappé. tousiours le blistre fuit,
Et nul luy veut du mal, & nul ne le poursuit.

## Qvi vanos pavet metvs, veros fatetvr.
## XLVII.

**V***Erè malam conscientiam matrem formidinis esse*, *dixit Chrysost. Horrorem enim individuum impietatis comitem esse*, *testantur ij*, *qui indies conscientiae latebras quaerunt*, *nec inveniunt. Poenam semper ante oculos sibi versari putant*, *qui peccaverunt*, *inquit ille: Hinc fit*, *vt omnia horreat improbus*, *etiam minimè timenda*, *imò & amplectenda*; *Deum*, *quod inimicum sibi*; *Diabolum*, *quod lictorem*; *semet ipsum*, *quod accusatorem sciat*, *ac sentiat. Viro bono contrà nihil terribile est*; *non Deus*, *nemo qui magis juvare velit; non Diabolus, nemo qui minus nocere possit; non conscientia*, *omnia ibi tranquilla: Horrificum tonitru parentis sui vocem benevolam*, *metuendum fulmen divinae majestatis radios*; *mortem*, *in vitam meliorem transitum; Dei judicium*, *finem pugnae ac aerumnarum appellat: Denique*

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.

*Quicunque verè animosus esse desiderat*, *mentem vt habeat flagitijs purgatam, etiam atque etiam curet.*

**E**EN quade conscientie (seyter een Out-vader) is een moeder van vreese. T'is ghewisselijck alsoo; want waer een sondich ghemoet is, daer is t'elckẽ, in alle voorvallende saken, een bevende hart, eñ een versmachte ziele. Den goddeloosen schrickt voor alle dingen, selfs oock voor de ghene die niet te vreesen en zyn. Hy ontset hem van God, want hy is hem vyant: vanden duyvel, want t'is sijn pijnigher: van sijn eyghen herte, want t'is sijn beschuldigher. Den rechtveerdighen daer en teghen (ghelijck den Wijse-man seydt) is vrymoedich als een ionck leeu, sittert ofte beeft voor niemandt: niet voor God, wanter niemant en is die hem meer wilt helpen: niet voor den duyvel, wanter niemant en is die hem inin can beschadigen: niet voor sijn eygen gewisse, want daer is ruste. Den vervaerlijcken donder, noemt hy de stemme sijnes hemelschen Vaders: den schrickelicken blixem, de stralen van des selfs groot-achtsaemheyt: de doot, een doorganck tot een beter leven: Gods oordeel, een eynde van strijdt en ellendicheyt: en, om cort te segghen,

*Al viel de werelt gansch en gaer*,
*Den vromen schrict voor geen gevaer.*

Wilder dan ymandt onvertsaecht, ende goets moets wesen, die reynige sijn herte van doodelijcke wercken.
IOB. 15.21.

***S****Onitus terroris semper in auribus impij*; *& cum pax sit*, *ille semper insidias suspicatur*, *circunspectans vndique gladium.*
IOB. 18.11.

***C****Ircumquaque perturbant impium terrores*, *& disijciunt eum ad pedes ejus.*
PROVERB. 28.17.

***L**'Homme faisant tort au sang d'vne personne fuira jusques en la fossé sans que aucun le retienne.*

## 1 Iohan. 3.9.
## *Die uyt God gheboren is en doet gheen sonde, vvant sijn zaet blijft in hem.*

**W**Anneer den Zeyl-steen eens aen t'yser is ghewreven,
Men vint de cracht des steens soo vast daer aen te cleven,
Dat, al is tusschen hun ghestelt een eycken bert,
Het yser niet-te-min rontsom ghetoghen wert.
Als God door sijnen gheestons hart coomt als bestrijcken,
Wie can dat Godd'lijck zaet uyt ons ghemoet doen wijcken?
Laet woeden duyvel, vleesch; geen tusschen-muer, geen schot,
Gheen aertsche macht, en scheyt der vromen ziel van God.

## Omnia spiritui pervia.

**V***T semel impertit chalybi sua munera Magnes*,
*Cum Magnete suo*, *se movet vsque chalybs;*
*Haud obiecta moram faciunt huic ligna met allo*,
*Ne sese lapidis vertat ad ora sui.*
*Cum semel est imbuta Deo gens coelitus acta*,
*Jnque suâ Christi symbola mente gerit,*
*Se*, *licet opponat vasto cacodaemon hiatu*,
*Se sacrata*, *Deo corda movente*, *movent.*

## Rom. 8.34.
## *Qui nous separerá de la dilection de Christ?*

**L**E fer touchè d'Aymant se tourne avec sa pierre
Bien que soit loing de là, bien que prison l'enserre.
Qui est marqué de Dieu, & porte au coeur la foy,
Ne quite la vertu, par peine ny esmoy.

## Omnia spiritvi pervia.
## XLVIII.

**A***Nima (licet corporis ergastulis inclusa, licet vario tempestatum aestu, in hoc mundi Euripo, indies circumacta) nunquã tanto mortalitatis torpore obrui tur, quĩ in eã irrepat nonnunquã, imò irrũpat aeternae foelicitatis aliquis radius. Anima sanè Dei imagine insignita, similitudo quaedam est, & imago aeternitatis. sempiterna quippè illa, & nunquã desitura caeli gaudia, etiã in fragili hoc corpusculo praelibare nos posse, imò & debere, clara divini verbi elogia evincunt. Quicunq; enĩ aeternae foelicitatis praemia desiderat, huic primus ejus gradus etiã hîc calcandus est; èque peccati sordibus ad animi puritatem, vitae renovationem, reconciliationem cum Deo, ac conscientiae pacem etiam in hâc vitâ transeundum est. Quicunque enim habet partem (vt Iohan. Apoc. 20.6.) în resurrectione primâ, in hoc secunda mors non habet potestatem. Hoc ipso die, inquit Christus ad Sachaeum, salus huic domui contigit. Faelicem te Sachaee! cui Salvator praesens praesenti veridico ore salutem asseruit. Foelices omnes! quorum spiritibus Spiritus Christi idem dictat.*

**D**E Ziele, al hoe wel inde kercker deses lic[h]aems beslooten, al hoe wel door menichvuldige becommeringe, inden draystroom deses werelts, daghelijcx herwaerts en derwaerts ghedreven, wert evenwel niet belet, nu en dan, in sich te ghevoelen als een straelken vande eeuwige ghelucksalicheydt. Een gemoet verheerlickt met den beelde Godes, is als een af-beelt ende gelijckenisse vander eeuwicheyt. De begintselen vande eeuwige welstant, oock in desen broosen lichame, gevoelt te moghen, ta te moeten werden, werdt ons inden woorde Gods ghenouchsaem aenghewesen: een yghelijck die de selve hier naemaels wenscht te moghen smaken, moet daer van den eersten trap betreden, selfs hier in desen leven, rijsende uyt de verdorventheyt der sonde, tot de vernieuwinghe des levens in ware heylicheyt, ende gerechticheyt, versoeninghe met God, door Iesum Christum, en vrede met sijne ghewisse. Die deel heeft (seyt Iohannes Apoc. 20.6.) inde eerste opstandinghe, in desen heeft de tweede doot gheen macht. Heden (seydt Christus tot Sacheum) is salicheydt geworden desen huyse. Gheluckighe Sachee*!* aen wien de mondt der waerheyt, selfs met den monde, salicheyt heeft vercondicht: gheluckich zynse, die nu door Christi Gheest, dese ghetuyghenisse aen haren gheest zyn ghevoelende.

TERTVLIAN. AD MARTYR.

*Etsi corpus includitur, etsi caro detinetur in carcere, omnia spiritui patent. Vagare spiritu, spaciare spiritu, non stadia opaca, non porticus longas proponas tibi, sed illam viam quae ad Deum ducit. Quoties eam deambulaveris toties in carcere non eris. Nihil crus sentit ni neruo, quum animus in coelo est. Totum hominem animus circumfert, &, quo vult, transfert.*

## Iohan. 7.24.
## *Oordeelt niet, naer het aensien.*

**A**Ls yemant comt gereyst, en siet de Piramiden
Op-stijgend' inde lucht, als met den hemel strijden;
Hy meynt, van verr', het zy eens grooten conincx hof,
Maer als hy t'wel besiet, dan woonter niet dan stof.
Hoe dickmael slaet hy mis, die oordeelt naer het wesen!
Der menschen hart en is int voor-hooft niet te lesen:
Siet*!* Galba wert doen eerst des rijcx onweert gheacht,
Als hy gheclommen was tot keyserlijcke macht.

## Fronti nulla fides.

**P***Yramis*, *excelso dum vertice sidera pulsat,*
*Spectanti saxo versicolore placet*;
*Quam, procul attonito dum conspicit ore viator,*
*Exteriora videns*, *interiora probat;*
*Vt tamen accessit*; *quęritque vbi nocte quiescat*,
*Nil praeter cineres hîc habitare videt.*
*Ah quoties homines extrinseca sallit imago!*
*Dignus eras regno*, *rex nisi Galba fores.*

## *Telsemble sage en apparence, qui fol est en quinte essence.*

**Q**Vi voit la Pyramid' en l'air bien haut s'estendre,
Pour vn chasteau tout plein des chambres la va prendre,
Mais crie tost apres, ô bastiment trompeur!
Nul ne se fie au front, pour bien iuger du coeur.

## Fronti nvlla fides.
## XLIX.

**L***Ege Moisaicâ prohibitum fuisse legimus vestem, promiscuè ex lanâ linoque contextam, induere: per lanam simplicitatem, per linum malitiam ij, qui allegoricè ista hujusmodi interpretantur, intelligi volunt: vestis quippè quae ex lanâ linoque contexitur, linum interius celat, lanam exterius demonstrat. Vestem ergo ex lino & lanâ gestare, dicitur is, qui intrinsecus cautelas malitiae operit, foris simplicitatem, veluti ovinam, ostendit. Apagè mihi cum istâc hominum faece. Quisquis, inquit August., videri appetit, quod non est, Hyppocrita est: Simulat enim justum, nec exhibet; ostenditque in imagine, quod non habet in veritate. Quid agis miser? odit te mundus, quod pium credat; odit te Deus, quod impium sciat. atque ita vtrique odiosus, in neutro tibi praesidium est. Vna nihilominus animi ac oris discrepantia Deo grata est, si vultus nimirùmsit humilis; si animus in caelum, ac meditationes divinas sit elatus.*

**W**Y lesen, nae de wet Moyses, verboden geweest te zyn een cleet te dragen, t'samen vermenghelt uyt lijnen en wolle. De ghene, die dusdanighe saecken tot gelijckenisten, ende leer-stucken ghewoon zyn te trecken, meyné, dat door de wolle, eenvoudicheyt, door het lijnen, argelisticheydt, moet verstaen werden. Want (segghense) een laken, geweven van lijnen en wolle heeft het lijnen van binnen, ende verthoont de wolle van buyten: In voughen dat den sulcken mach gheseyt werden een cleet te draghen van lijnen en wolle, die uytwendich schijnt onnoosel, als een schaep, zynde middeler tijdt inwendich vol bedriechelijcke rancken. Wech met dien aert van menschen. Elck die wil schijnen, dat hy niet en is, (seydt Augustinus) is een beveynsde, want hy ghelaet hem rechtveerdich, als hy verre van daer is, verthoonende een ghedaente, niet ghemeens hebbende met de daet. Wat maeckt sulcken mensche? De werelt die haet hen, om datse meynt dat hy Godsalich is: God haet hem, om dat hy weet, dat hy't niet en is: zijnde dan hatich voor beyde, en vint hy hulpe noch troost, by d'een noch d'ander daer is evenwel noch eene soorte van verscheydentheyt tusschen gelaet en ghemoet Gode aenghenaem, te weten, als het ghelaet nederich is, het ghemoet verheven en op ghetooghen in Goddelijcke beschouwingen.

1 SAM. 16.8.

***H****Omo spectat quod est ob oculos, Iehova spectat quod est in animo.*

AVGVST. DE PAST.

***T****Emerarijs judicijs plena sunt omnia, de quo desperamus subitò convertitur, & fit optimus; de quo multum praesumpseramus, deficit & fit pessimus, nec timor noster certus est, nec amor.*

PROVERB. 31.30.

***L****A grace trompe, & la beauté s'esvanouit, mais la femme qui craint l'Eternel será celle qui será louée.*

## 1 Tinoth. 6.7.
## *VVy en hebben niet inde vveerelt ghebracht, t'is openbaer dat vvy daer niet en connen uyt-draghen.*

**A**Ls t'lijf helt naer der aerd', en totten val ons huysen,
De luys verlaet ons vleesch, ons wooninghe de muysen:
Vint haer de spin te zijn vast aen een swacke muer,
Sy stracx verhanght haer net aen t'huys van haer ghebuer.
Als ons de doot seyt-op het huer-huys van dit leven,
Al wat ons eerst hinck aen, dat gaet ons dan begeven*;*
Daer leyt dan, siet*!* den mensch alleen bang' en bedroeft,
Des weerelts troost vergaet, als t'hart meest troost behoeft.

## Mortalibus morientes destituimur.

**F***Jla ruinosis abrumpit aranea tignis,*
*Omnis ab exanimi corpore vermis abit.*
*Nos miseros! homini quidquid, dum vivit, adhęret,*
*Hoc hominem, simulac mors venit atra, fugit.*
*Cessat honos, abeunt, qui te coluêre, sodales;*
*Cumque tuo finem funere munus habet:*
*Omnia morte ruunt: cum res opis indiga nostra est,*
*Hei mihi*! *tum vastus nil opis Orbis habet.*

## Ecclesi. *5*.15.
## *Comme il est sorty du ventre de sa mere il s'en retournera nud, s'en allant comme il est venu, & n'emportera rien de son travail, auquel il a employé ses mains.*

**T**Ous les sourys s'en vont, quand l'edifice tombe,
Les pous nous vont quiter, quant on nous met en tombe;
He*!* monde ton solas s'envole, & n'est: que vent;
Quant nous, plus que iamais, faut du solagement.

## Mortalibvs morientes destitvimvr.
## L.

**D***Istinguit amicos extremitas. Saeculi gaudia, ac terrena faelicitas*, *eodem quo Medici modo*, *aegrum*, *quum extrema patitur*, *ac mediâ morte jam natat*, *deserunt*; *quum tamen maiori*, *quam vnquam*, *solatij subsidio*, *in isto temporis articulo*, *misero sit opus. Ecquid igitur futilibus istis adhaeremus*, *aut inhaeremus? ad Christum nobis perfugium sit, ille & cum dolor vret in lectulo*, *& cum mors saeviet in agone*, *& cum putredo ingruet in sepulchro*, *& cum Iustitia Dei exercebitur in judicio*, *suis haud dubie affuturus est. Exclamemus igitur confidenter cum regio Vate*, *Psalm. 73.25. Te cum habeam nil equidem moror coelum*, *& terram*; *tametsi enim corpus ac animus deficiat mihi*, *ac liquescat; tu nihilominus semper solatium ac portio mea, mi Deus.*

**D**ES menschens uytterste onderscheydt des selffs vrienden. Tijdelijcke vreuchden ende t'geluck deses werelts handelen met ons, gelijck de Medecijnen met de siecken doen, die de selve, alsse beginnen te ziel-braecken, daet laten, ende gaen hun sweechs: daer nochtans den armen mensche, in die ghestaltenisse, de meeste hulpe en troost van noode heeft. Het welcke allo zynde, wat gaet ons dan aen, om in dese nietighe dingensoo gantsch besichlijcken te woelen? Laet ons tot den Heere Christum ons toevlucht nemen, en aen hem onsen tijdt besteden: hy, en als de pijne ons treffen sal op ons bedde, en als de doodt over ons woeden sal in onse verscheydinghe, en als de verrottinghe ons overvallen sal in het graff, en als Godes gramschap op-branden sal in het oordeel, hy (segh' ick) sal de sijne over al, en t'aller stont, by wesen, ende de ghewisse handt bieden. Laet ons dan vrymoedelijck uyt-roupen, met David in den Psal 73.25. Wanneer ick slechts u hebbe, soo en vraghe ick niet naer hemel en aerde: wanneer my oock lijff en ziele versmachtede, soo zyt ghy doch, God, alle tijdt mijns hetten troost, ende mijn deel.

AVGVST. DE NATVR. ET GRAT.

***V****Bi sunt qui ambiebant currum potestatis? Vbi insuperabiles imperatores? Vbi sunt qui conventus disponebant & festa? Vbi equorum splendidi nutritores? Vbi nunc vestes & ornamenta peregrina*? *Vbi jocus & laetitiae? Vbi exercituum duces? Vbi Satrapae & Tyranni? Nonne omnes pulvis & favilla? Nonne in paucis versibus eorum vitae patet memoria. memento itaque Naturae ne extollaris.*

## Openb. 21.5.
## *Siet! ick maecket al nieu.*

**E**En romp, gheen dier-ghelijck, een maecksel sonder wesen,
Is aen het hoogh ghebou des hemels nu gheresen,
Met vleughels wit verciert, en siet van boven of,
Hoe dat den aertschen mensch hier leyt en wroet int stof.
Siet wat verandering*!* die Christi naem wil draghen,
Moet sijn verdorven aert gheheel en al verjaghen,
En werden soo vernieut, herschapen, en herbout,
Dat hy van d'eerste romp of ramp gansch niet en hout.

## Ecce*!* nova omnia.

**T***Runcus iners AEruca fuit, nunc alba volucris*
*Ambrosium coeli carpere gaudet iter:*
*Anteà vermis erat*, *mutatio quanta*, *videtis*;
*Corporis antiqui portio nulla manet.*
*Vestis*, *opes, habitus*, *convivia, foedera, mores*,
*Lingua*, *sodalitium*, *gaudia*, *luctus, Amor*,
*Omnia sunt mutandi viris*, *quibus entheus ardor,*
*Terrenę decet hos faecis habere nihil.*

## 2 Corint. 5.
## *Soyez nouvelle creature.*

**C**E papillon n'avoit iadis façon de beste,
Mais monstre maintenant des aisles, pieds, & teste,
Comme animal formé, dressant son vol en haut.
Changer toi, ô Chrestien, de tout en tout il faut.

## Ecce*!* nova omnia.
## LI.

**V***Iri pij*, *dum hominis Christiani excellentiam describunt*, *non hominem tantùm a bestiâ differre asserunt*, *quantũ homo spiritualis a carnali. Id si verum est*, *quid mirum si Scriptura*, *& ejusdem Administri indies tantopere nos admoneant*, *vt hominem istum veterem*, *totum & integrum*, *cum omnibus attributis*, *ac qualitatibus exuamus? Projicite a vobis omnes praevaricationes vestras (inquit Ezech. cap. 18.33.) & facite vobis cor novum & spiritum novũ. Serpentes*, *cum senectutem exuunt*, *cutem integram deglubere*, *memoriae proditum est; adeò vt exuvias viator conspiciens*, *integrum sese serpentem videre existimet*; *idem sanè in nostri renovatione exigit Deus. Difficile ac durum id esse*, *quis non fateatur? At sanè regnum caelorum vim patitur (ait Salvator) & violenti rapiunt istud. Tria tantummodo vestimentorũ genera sunt pijs*, *Aut in veste nigrâ ijs lugendum*, *aut in rubrâ persecutio toleranda*, *aut in niveâ triumphus agendus. Nihil referre putemus*, *cujus coloris sint vestes*, *quas hic gerimus*, *dmumodò tandem veste niveâ conspicui*, *in aeternum cum Christo gaudeamus.* Annue Summe Deus.

**E**Enighe Godsalighe mannen, beschrijvende le sonderlinghe uyt-nementheydt van een recht Christen, verclaren datter niet soo grooten onderscheydt en is tusschen een beest, ende een mensche; alsser is tusschen onsen verdorven aert, en een recht Christelijck eñ vernieut gemoet. Het welcke alsoo zynde, soo en isset niet te verwonderen dat wy dagelijckx soo ernstelijck werden aenghemaent, door de gene die ons Godes woort uyt-deelen, om dien ouden mensche, met sijnen gheheelen aert, en eygentschappen, gansch en al te verleggen. Doet van u alle overtredinghe (seydt den Propheet Ezechiel. cap. 18.33.) daer ghy mede overtreden hebt, maeckt u een nieu herte, ende eenen nieuwen gheest. Men hout dat de slanghen, nu verout zynde, hare huyt geheel eñ al uyt-trecken, in voughen dat een reysende man het verworpen vel in sijnen wech siende ligghen, niet beter en weet, off hy en siet een geheele slange. In ghelijcker voughen diende osse oude huyt, gansch ende al afghestroopt, en de vernieuwinge in al ons doen en laten in ghevoert te zyn. Dat het selve gansch beswaerlijck is, weten wy alle: maer het rijcke der hemelen wert ingenomen by de geweldige. T'is met de ware Christ-gheloovige also ghestelt, datse ofte rouwe moeten draghen, in een swart cleet: ofte vervolginge lijdẽ, in een root cleet: ofteverheerlict staen in een wit cleet. Wat leyter aen hoedanich ons cleet hier sy, als ons maer hier naermaels mach gewerden die witte cleedinghe, duerende inder eeuwicheyr? Daer ons toe helpe den eeuwigen ende eenighen God, door sijnen lieven Sone Iesum Christum in eeuwicheydt ghepresen, A M E N.

2 C O R I N T H. 5.17.

***S****I quis sit in Christo nova fit creatura*, *vetera transierunt, ecce! nova facta sunt omnia.*

E P H E S. 4.22.

***D****Espouillez le vieil homme*, *quant a la conversation precedente*, *& soyez renouvellés en l'esprit, revestus du nouvel homme.*

## Op t'selve beelt, een anderen sin.
## Daniel. 12.2. *Die onder der aerden ligghen en slapen sullen opvvaken.*

**A**Ls ons beschijnen sal dien grooten dagh des Heeren,
Den boosen vol van straf, den goeden vol van eeren,
Den vromen, die nu leyt int graf doot uyt-ghestreckt,
Sal van sijn diepen slaep dan werden op-gheweckt;
Hy die maer was een worm in dit ellendich leven,
Sal werden van der aerd' ten hemel op-gheheven,
Een wit cleet sonder vleck hem die daer henen lagh,
Sal werden aen-ghedaen. Wel coomt ghewenschten dagh.

## AEternitas*!*

**C***Vm suprema dies rutilo grassabitur igni,*
*Perque solum sparget fulmina, perque salum*,
*Protinus erumpet gelido pia turba sepulchro,*
*Et tolletur humo*, *quod modò vermis erat:*
*Hic*, *cui squallor iners*, *cui pallor in ore sedebat*,
*Veste micans niveâ conspiciendus erit.*
*Alma dies optanda bonis*, *metuenda profanis*,
*O ades*, *& parvum suscipe Christe gregem.*

## Iob. 19.25.
## *De ma chair je verray mon Dieu.*

**B**Ien que ie sois enclos en ceste sepulture,
Vn iour m'esveillerá; car ceste mort ne dure:
Vn iour m'esleverá en haut de ces bas lieux,
Des aisles me donnant pour m'en voler aux cieux.

## AEternvs non erit iste sopor.

IOHAN. 5.28.

**N***Olite mirari hoc quia venit hora, in quâ omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui autem mala, in resurrectionem judicij.*

AVGVST. *IN SACH.*

**R***Esurgent Sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vllâ deformitate, sine vlla corruptione, in quibus quanta facilitas, quanta foelicitas erit!*

SCHOONAEVS EX D. HIERONIMO.

> **S***Eu vigilo intentus studijs, seu dormio; semper*
> *Judicis aeterni nostras tuba personat aures.*

*FJNJS.*

## Volghen tot vullinghe vande ledighe plaetse, sommighe stichtelijcke bedenckinghen.

### *AEstivae nives, hybernae rosae.*

**V**Eel Elefanten buyck, met hongers noot beladen,
Can eenen bosch alleen met zijn gewas versaden;
Een cleyne water-beeck haer brandich dorsten blust,
De bloemkẽs en het gras is t'bedde van haer rust.
Des weerelts rijcken schoot, den grooten cloot der eerden,
De snel-gheswinde lucht, de zee van grooter weerden,
T'wert al rontsom doorsocht, door-loopen, en door-gront,
En noch en can het niet voldoen eens menschen mont.
Men heeft des somer-daechs, in ijs en snee behaghen,
Men wou den stueren vorst wel roosen leeren draghen:
Is t'vleys in overvloet, naer visch is datmen haeckt;
En niet, dan datmen niet en can becomen, smaeckt.
Het leven is den mensch niet om de spijs ghegheven,
Maer spijse dient ghenut tot onderhout van t' leven.
Wech dan verkeerde lust: den buyck is haest versaet.
Laeft, u mijn ziel, met spijs die nimmermeer vergaet.

## *Quod petis, jntus habes.*

**M**En houft geẽ meerder *cracht* in handen, ledeẽ, sinnen,
Als om sijn eyghen selfs te connen overwinnen?
Den mensch, wie dat hy zy, en dient geen meerder *goet*,
Als om, met God, in rust te stellen sijn ghemoet.
Ten waer ons niet van nood naer meerder *vreught* te jaghen,
Indien een yder cond' sijn eyghen gheest behaghen.
Gheen *vvetenschap* is nut, wat leertmen jaer aen jaer?
Als om sijn eyghen selfs te kennen gansch en gaer.
Wat looptmen dan soo verr', en sweeft met alle winden?
Al watmen buyten soeckt, is binnen ons te vinden:
Vrient wildy wesen *sterck*, *rijck*, *vroylijck*, en *gheleert*,
En soeckt niet hier of daer; maer u tot uwaerts keert.

## *Nascentes morimur.*

**O**Ns leven is hier niet als sieckten en cranckheden,
Verswackend' elcke reys des lichaems broose leden:
Elck sieck zijn is den mensch ghelijck een cleyne doot,
En stout ons vast al heẽ na Charons swartẽ boot.
Moet dan des menschen vleesch hier eens int graf bederven,
Soo laet ons metten gheest ghedueriehlijcken sterven.
Om wel te sterven ist, dat yder mensche leeft*;*
Om wel te leven ist, dat t'leven ons begheeft.

## *Malo gaudere, malum pessimum.*

**E**En gruwel zijn voor God, ons sonden en gebreken;
Maer gruwelijcker ist, daer in te blijven steken:
Noch ergher doet den mensch, die vroylijck daer in leeft*;*
En in zijn quaden wech, een welgevallen heeft.
Maer op der sonden pad zijn dees wel verst ghecomen,
Die hun, met vollen mont, der booser streken roemen.
Can ick van sonden niet vry houden mijn ghemoet,
Om dat ick ben een mensch bestaend' uyt vleesch en bloet,
Van vast int quaet te staen, van t'schandelijck verblyden,
Van des te draghen roem, wil ick my immers myden,
Mits dat ick ben een mensch vernieut door Christi soen.
Du gheefst my God den wil, ô gev' oock het voldoen.

## *Nunquam erit foelix, quem torquebit foelicior.*

**I**N blyschap wil ick niet soo hooghe zijn gheseten,
Dat ick daer deur mijn God sou comen te vergeten.
'k En wil ooc niet soo verr' in-laten druck en rou,
Dat ick myn eyghen self daer door vergeten sou.
Ic merck dat niemant is door voorspoet soo verhevẽ,
Dat hem, naer synen wensch, hier alles wert ghegeven:
Ic sie ooc dat geen mensch soo ongheluckich leeft,
Die niet soo dit soo dat tot syn gherief en heeft.
Wel dan, wat gaet my aen? waerom ist dat ick wensche
Te zyn van beter staet als is myn even mensche?
Het best en hebdy niet, oock niet het quaetste lot*;*
Vernueght u dan, myn hart, en danct den milden God.

## *Votum.*

**W**At is doch *cruyt* of *spruyt,* als wy aensien de dieren
Die crielen door de lucht, door velden en rivieren?
En wederom, wat is een domm' of stomme *beest*
Als ons comt in den sin des menschen hooghen gheest?
Wat is den *mensch*, als wy t'groot *aertrijck* gaen bemercken?
Wats t'aertrijck soo wy t'ooch slaen op des hemels wercken?
Wat is den *hemel* doch, als ons ghemoet aensiet
Hem die *cruyt*, *beesten*, *mensch*, *aerd*', *hemel* schiep uyt niet?
Niet, om sich sellefs wil, wil ick dan eer bewijsen*;*
Maer alle dinck in God verwonderen en prijsen,
En God in alle dinck. ô God, stuer myn ghedacht
Dat, buyten dy, myn ziel voortaen gheen dinck en acht.

*FJNJS.*

## [Errata]

**M***Onendus es*, *Benevole Lector*, *Typographum*, *in dispositione Monitorum 43. & 45.*, *nescio quo errore*, *lapsum esse; & praepostero ordine alterum in locum alterius collocasse: Tu, nisi grave sit id ipsum loco, quo dixi*, *margin[...] ascribe. Et Vale.*

**I**ck hebbe V.E. gunstighe Leser, te waerschouwen dat in het drucken van dese hier-by-ghevoughde Bedenckinghen, den Drucker (ick en weet door wat mis-slagh) in het Tweede deel der selver, de XLIII. Bedenckinge verkeerdelijck heeft gevougt by het XLV. Sinne-beelt, ende in teghen-deel, de XLV. Bedenckinghe by het XLIII. Sinne-beelt: Weest sulcx int lesen ghedachtich, ofte soo u goet dunckt teyckent de voorsz plaetse op de kant. Ende Vaert wel.